



Oratio funebris,

DE VITA ET OBITU REVERENDISSIMI VIRI, PIETATE, DOCTRINA, HUMANITATE ET CONSTANTIA PRÆSTANTIS D. IOANNIS WIGANDI, EPISCOPI

Pomezaniensis in Borussia, dignissimi, de Ecclesia Iesu Christi, præclare meriti, implicata controuersiarum Ecclesiæ & memorabilium temporis illius, Theologorumque præcipuorum mentione, cum expositionis serie cohærentium, conscripta & habita in Schola Vuismariensi.


A

M. CONRADO SCHLUSSEL-

BURGIO [illegible], TUM VERBI DEI in celeberrima urbe Vuismaria, Ministro.

Maxima nosse mori, vitæ est sapientia viuit
Qui moritur, si vis viuere, disce mori.

ACCESSERUNT EPICEDIA QUÆ-
DAM AMICORUM.



FRANCOFORTI AD MOENUM
excudebat Ioannes Spies.

M. D. XCI.



nemo sanæ mentis contradicit, id ipsum, quasi ad oculū, demonstrari possit. Nos ob simpliciores pauca huius rei exempla (quorum magna vis est) recitabimus. Moses fuit homo sanctissimus, moderatissimus & mitissimus omnium, quos tunc terra tulit, & tamen à Principibus & Senatoribus audire cogitur, quòd unà cum fratre Aarone malis dominationis cupidinibus flagret. Et licèt Deus calumniatores horum fidelium suorum seruorum, hiatu terræ absorptos puniret: nihilominus tamen, Moses & Aaron populi Domini interfectores publicè proclamantur: imò saxis eosdem obruere & necare Israëlitæ conantur. Qua sorte Noah, Loth, Elias, Eliseus, Esaias, Ieremias, Ezechiel, Amos, Daniel, Esdras & plerique alij Prophetarum vsi sint, ex Biblicis historijs notum est. Beatis Apostolis, pacem Iesu Christi merito partam, annunciantibus, à persecutoribus impijs, Diaboli organis, obie-
16.17 *ctum est, quòd ciuitates & totum terrarum orbem sua noua doctrina conturbarent, & magistratui politico, debitam obedientiam præstare recusarent. Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, eius auditores, quorum causa in mundum venerat, comedonem, vinosum, publicanorum & peccatorum socium, blasphemum, seditiosum & Diaboli ministrum, quasi infamem hominem excommunicatione dignum, coràm & quidem in faciem, appellare non erubuerunt. In historia Cyrilli opponentis se indocto & superbo homini, Ioanni Antiocheno, Ecclesiæ Dei turbatori maximo, extat insigne exemplum, quomodo filij huius seculi, Christi ministros beent & excipiant. Cyrillus iuxta Dei mandatum, veritatis cœlestis, contra Nestorij hæresin, patrocinium suscipit: ille verò, ab Aduersarijs brachio seculari nitentibus, calumnijs & mendacijs adeò obruitur, vt etiam optimus Imperator Theodosius Iunior, Cyrillum de criminibus ei obiectis suspectum, custodiæ mandârit, & ipsi exilium minatus fuerit. In historia Ecclesiastica legitur memorabile exemplum de Athanasio, qui vltra 46. annos Ecclesiæ Christi, cum discrimine vitæ fidelissimè seruiuit: Is coram magistratu politico, velut latro, adulter, magus & proditor Imperatoris Constantini, accusatur, ex-*

commu-

communicatur, & more sceleratorum in exilium tristissimum pellitur. Quàm turpissimis & impudentissimis mendaciorum plaustris, Pontificij virum Dei, D. Lutherum prægrauarint, clamitantes, cum non esse baptizatum, nec legitimo thoro natum. Item, eum esse ter 2. To
maximum hæreticum, aqua, ferro, & flammis tollendum, ad sydera mo Ep.
vsq; notum est. Quantis conuitijs, mendacijs, dicterijs, sarcasmis, pas- Luth. pa
quillis & inuectiuis maledicis, Caluinistæ, Assertores & defensores gina 2.
Testamenti Filij Dei impetiuerint & onerârint, scripta Bulingeri, 8. To.
P. Martyris, Bezæ, Zanchi, Danæi, Hardesiani, Ioannis Maioris, Tos- Ien. p.
sani, Grynæi & aliorum abundè testantur. 88.a.
Qualem mercedem, impius mundus, D. Vuigando Episcopo Pomezaniensi fidelissimo & Vuismariensis olim Ecclesiæ Superintendenti vigilantissimo, rependerit, scripta Pontificiorum, Adiaphoristarum, Synergistarum, Maioristarum, Manichæorum, Caluinistarum, & aliorum præstigiatorum, quorum peccata & falsa dogmata, viua voce & publicis libris, iuxta Dei mandatum, ratione sui muneris, priuatim & publicè redarguit, satis superq; testantur.

Quomodo, me etiam, minimum & indignissimum Christi ministrorum, ob iniquissimam Antilutheranorum Vuitebergensium *exclusionem, quidam maleferiati socij, non præter meritum, de Caluinismo suspecti, non solùm in aulis Principum, verùm etiam in hac vrbe, coram frequentissimo Senatu, contumelijs & manifestis mendacijs affecerint & deformarint, V. A. norunt.*

Quando verò fideles Euangelij præcones vident & experiuntur, se assiduis suis laboribus, curis & molestijs, nihil aliud, nisi odium, calumnias & conuicia mereri: atq; adeò summā suorum etiam auditorum & amicorum ingratitudinem deprehendunt; tùm sanè mirum in modum conturbantur: Non enim stipites & lapides sunt, sed carnem habent & sanguinem. Et Salomon verissimè ait: Calumnia Ecclesi.
conturbat sapientem & frangit robur cordis eius. Ac notum est illud vulgare prouerbium: Calumniare audacter, semper aliquid hæret.

nemo sine mentis contradicit, id ipsum, quasi ad oculũ, demonstrari
possit. Nos ob simpliciores pauca huius rei exempla (quorum magna
vis est) recitabimus. Moses fuit homo sanctissimus, moderatissimus
& mitissimus omnium, quos tunc terra tulit, & tamen à Principibus
& Senatoribus audire cogitur, quòd vnà cum fratre Aarone malis
dominationis cupidinibus flagret. Et licèt Deus calumniatores horum
fidelium suorum seruorum, hiatu terræ absorptos puniret: nihilominus
tamen, Moses & Aaron populi Domini interfectores publicè
proclamantur: imò saxis eosdem obruere & necare Israëlitæ conantur.
Qua sorte Noah, Loth, Elias, Elisæus, Esaias, Ieremias, Ezechiel,
Amos, Daniel, Esdras & pleriq. alij Prophetarum vsi sint, ex Biblicis
historijs notum est. Beatis Apostolis, pacem Iesu Christi merito partam,
annunciantibus, à persecutoribus impijs, Diaboli organis, obie-
17 ctum est, quòd ciuitates & totum terrarum orbem sua noua do-
ctrina conturbarent, & magistratui politico, debitam obedientiam
præstare recusarent. Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Chri-
stum, eius auditores, quorum causa in mundum venerat, comedo-
nem, vinosum, publicanorum & peccatorum socium, blasphemum,
seditiosum & Diaboli ministrum, quasi infamem hominem excom-
municatione dignum, coràm & quidem in faciem, appellare non
erubuerunt. In historia Cyrilli opponentis se indocto & superbo ho-
mini, Ioanni Antiocheno, Ecclesiæ Dei turbatori maximo, extat in-
signe exemplum, quomodo filij huius seculi, Christi ministros beent
& excipiant. Cyrillus iuxta Dei mandatum, veritatis cœlestis, con-
tra Nestorij hæresin, patrocinium suscipit: ille verò, ab Aduersarijs
brachio seculari nitentibus, calumnijs & mendacijs adeò obruitur,
vt etiam optimus Imperator Theodosius Iunior, Cyrillum de crimi-
nibus ei obiectis suspectum, custodiæ mandârit, & ipsi exilium mina-
tus fuerit. In historia Ecclesiastica legitur memorabile exemplum de
Athanasio, qui vltra 46. annos Ecclesiæ Christi, cum discrimine
vitæ fidelissimè seruiuit: Is coram magistratu politico, velut latro,
adulter, magus & proditor Imperatoris Constantini, accusatur, ex-

commu-

potius, quàm vt gloriationem meam aliquis inanem reddat. Honestiores etiam Ethnici iubent, vt homines famam bonam custodiant. Dicunt, satius esse mori, quàm per dedecus vitam retinere. Seneca inquit: Crudelis est, qui propriam famam negligit. Leuis est, quem non stimulus gloriæ tangit. Rectissimè dicunt Iurecconsulti: Vita & fama pari passu ambulant. Notissimi sunt versus Scholastici:

Omnia si perdas, famam seruare memento,
Qua semel amissa, postea nullus eris.

Hac eam ob causam repetenda esse puto, vt V. A. intelligant, cur hoc potissimum tempore, narrationem historicam de D. Vuigandi ortu, totius vitæ curriculo, certaminibus, exilijs & morte, in lucem edam, eius existimationem defendam, & ipsi testimonium honorificum præbeam. Scitis Deum in 8. præcepto, non tantùm à nobis postulare, vt propriam nostram famam tueamur: verùm etiam nobis seriò mandare vt proximi nostri calamitate afficiamur, & eius vitam inculpatam & famam honestam, contra hominum malorum, mendacia, calumnias & obtrectationes, quantum, per Dei gratiam, fieri potest, legitimo & ordinario modo Theologicâ modestiâ obseruatâ propugnemus & defendamus, atq; hac ratione, coram Deo, sanctis Angelis, & toto mundo, veritati laborāti, etiam cum vitæ nostræ periculo, testimonium luculentum præbeamus. Cùm autem optimus & præstantissimus vir D. Vuigandus, non solùm, totius mundi odio & inuidiâ laboret, sed etiam ob constantem, doctrinæ cælestis confessionem & professionem, ac omnium errorum & enormium peccatorum grassantium absq; vllo respectu personarum, loci & temporis, reprehensionem, malè audiat, non tantùm apud Adiaphoristas & Sacramentarios factiosos, verùm etiam, apud eos, qui Euangelici Principes & maximi Theologi esse volunt: Iudico me non peccare, quòd iuxta Dei mandatum, ratione etiam meæ conscientiæ & muneris mihi in hac Ecclesia, diuinitùs assignati, Ego D. Vuigandi discipulus, conuictor domesticus, affinis & compater, eundem, aduersum male-

Hic quærat nunc aliquis: Quid igitur faciendum sit verbi Dei ministris, quando eiusmodi impiorum conuicijs proscinduntur, & illorum honestum nomen mendacijs denigratur?

Ad hanc quæstionem, iuxta verbum Dei hoc modo respondendum esse existimo: Debent quidem concionatores pij, exemplo Prophetarum, Apostolorum ac ipsius Christi, omnes istas afflictiones patienter ferre, & sese Christi promissione consolari: quòd ille eiusmodi suos martyres, beatos prædicet, quorum merces copiosa sit in cœlis. Habent etiam fideles verbi ministri persecutionem sustinentes, bonam conscientiam (quæ ipsis pluris [illegible] quàm centies mille persecutorum calumniæ) quòd Aduersarij [illegible], omne malum
h.5. *verbum contra eos dicant mentientes: Quia tamen sub persona concionatorum, ministerij Euangelici magnificentia & autoritas eleuatur & contemnitur (in hoc enim casu, persona & officium concionatorum non possunt ab inuicem diuelli) ac Dominus & fundator ministerij, Iesus Christus, cuius legati sunt: Euangelij præcones, per eiusmodi persecutores vituperatur: ad talia conficta & obiecta crimina, nequaquam tacendum vel conniuendum, sed grauiter, modestè & in timore Domini, calumniæ maleuolorum sunt abstergendæ & refutandæ, ac fama honesta, ordinario & legitimo modo*
5. *defendenda est, idq; exemplo ipsius Christi & Apostolorum. Paulus*
1. *in Actis capite 24. ad Fælicem præsidem inquit: Accusatores mei,*
1. *non possunt ea probare, de quibus me accusant. Ita Lutherus docet, pios non debere vti silentio, quando aliquid falsi ipsis affingatur.*
158. *Legatur Lutheri locus. S. Ambrosius grauiter inquit: Licet tibi*
ffic. *silere, in negotio duntaxat pecuniario, quanquam sit constantiæ,*
1. *adesse æquitati, In causa autem Dei, vbi communionis periculum est, etiam dissimulare peccatum non est leue. Augustinus ait: ita doctor Ecclesiæ bonam eligat vitam, vt etiam bonam non negligat famam. Necessaria est nobis vita nostra, alijs fa-*
22. *ma nostra. Salomon inquit: Melius est nomen bonum quàm diuitiæ multæ. 1. Corinth. nono scriptum est: Bonum est mihi mori potius*

volui, bona spe fretus, V. A. hunc qualemcunque meum laborem æqui bonique consulturas esse. Quod super est Deum precor, vt Spiritu Sancto suo nos omnes, docentes & discentes, magistratus & subditos, in posterum regat, vt & tranquillo tempore, placidè ea, quæ vera & vtilia sunt, doceamus & discamus, & ingruentibus persecutionum procellis, possimus ipso benè iuuante, constanti veritatis cœlestis confessione, Deum Patrem Domini nostri Iesu Christi, glorificare, & per ipsius gratiam doctrinæ puritatem conseruare, & ad posteritatem propagare. Domine Iesu sanctifica nos in veritate tua, cuius simplex est oratio, Sermo autem tuus est veritas.

Datum VVismariæ, ob portus commoditatem, mercimonijs olim in Balthico mari florentissimæ, iam verò ob hospitium Ecclesiæ Iesu Christi, in toto terrarum orbe celeberrimæ Anno superabundantis gratiæ 1588. Cal. Decemb. quibus an. 1521. Leo Decimus Antichristus Romanus ex Medicea familia Florentiæ natus, *malignam animam exhalauit, sub cuius pontificatu D. Martinus Lutherus, popularis, præceptor & affinis D. VVigandi, Spiritus Domini impulsu, contra indulgentiarum fictitiarum impudentissimas nundinationes Anno 1517. vltimo die Octob. Vuitebergæ primùm disputare & scribere cœpit.*

V. A. addictiss.

M. Conradus Schlüsselburgius
ibidem Ecclesiastes.

ORATIO DE VITA ET OBITU, REVERENDISSIMI VIRI, PIETATE, DOCTRINA, HUMANITATE ET CONSTANTIA PRAESTANTIS, D. IOANNIS VVIGANDI, *Theologi, Episcopi Pomezaniensis fidelissimi.*



VOD Deus Opt. Max. coelestem puramq; Euāgelij doctrinam, de essentia & voluntate sua, deq; nostro officio, fine aut beatitudine ex immensa sua bonitate & gratia, generi humano patefecit, ac declarauit, multisq; miraculis ac testimonijs præclaris ornauit, aduersus furorem mundi, rabiem Diaboli & crudelitatem Tyrannorum, hactenus conseruauit, etiámnum conseruat, & deinceps vsq; ad conflagrationem mundi huius immundi, vel si fractus illabatur orbis, conseruabit, idipsum inquam reuerendi, clarissimi, amplissimi, prudentissimi, ac doctissimi viri, & corona iuuenum ornatissima, præclarum Dei beneficium & maximum esse miraculum, omnes synceræ pietatis studiosi, sanoq; iudicio præditi, facilè, per Dei gratiam, ex verbo diuino intelligunt, habentq; compertum: Nam absq; hac Doctrina, verè in Cimmerijs (vt aiunt) vmbris, ac horrendis tenebris, atq; in media profundissimaq; regione vmbræ mortis, vt prophetæ verbis vtar, in perpetuum permansissemus, qua quidem re, nihil tristius & calamitosius dici cogitari ve potest. Ingens etiam, & eximium Dei beneficium esse, inter omnes constat piè eruditos: (quandoquidem Dei Maiestaticam, vt ita loquar, præsentiam, nemo mortalium,

volui, bona spe fretus, V. A. hunc qualemcunque meum laborem æqui bonique consulturas esse. Quod super est Deum precor, vt Spiritu Sancto suo nos omnes, docentes & discentes, magistratus & subditos, in posterum regat, vt & tranquillo tempore, placidè ea, quæ vera & vtilia sunt, doceamus & discamus, & ingruentibus persecutionum procellis, possimus ipso benè iuuante, constanti veritatis cœlestis confessione, Deum Patrem Domini nostri Iesu Christi, glorificare, & per ipsius gratiam doctrinæ puritatem conseruare, & ad posteritatem propagare. Domine Iesu sanctifica nos in veritate tua, cuius simplex est oratio, Sermo autem tuus est veritas.

Datum VVismariæ, ob portus commoditatem, mercimonijs olim in Balthico mari florentissimæ, iam verò ob hospitium Ecclesiæ Iesu Christi, in toto terrarum orbe celeberrimæ Anno superabundantis gratiæ 1588. Cal. Decemb. quibus an. 1521. Leo Decimus Antichristus Romanus ex Medicea familia Florentiæ natus, *malignam animam exhalauit, sub cuius pontificatu D. Martinus Lutherus, popularis, præceptor & affinis D. VVigandi, Spiritus Domini impulsu, contra indulgentiarum fictitiarum impudentissimas nundinationes Anno 1517. vltimo die Octob. Vuitebergæ primùm disputare & scribere cœpit.*

V. A. addictiss.

M. Conradus Schlüsselburgius
ibidem Ecclesiastes.

ORATIO DE VITA ET OBITV, REVERENDISSIMI VIRI, PIETATE, DOCTRINA, HVMANITATE ET CONSTANTIA PRAESTANTIS, D. IOANNIS VVIGANDI, *Theologi, Episcopi Pomezaniensis fidelissimi.*



VOD Deus Opt. Max. coelestem puramq; Euãgelij doctrinam, de essentia & voluntate sua, deq; nostro officio, fine aut beatitudine ex immensa sua bonitate & gratia, generi humano patefecit, ac declarauit, multisq; miraculis ac testimonijs præclaris ornauit, aduersus furorem mundi, rabiem Diaboli & crudelitatem Tyrannorum, hactenus conseruauit, etiámnum conseruat, & deinceps vsq; ad conflagrationem mundi huius immundi, vel si fractus illabatur orbis, conseruabit, idipsum inquam reuerendi, clarissimi, amplissimi, prudentissimi, ac doctissimi viri, & corona iuuenum ornatissima, præclarum Dei beneficium & maximum esse miraculum, omnes synceræ pietatis studiosi, sanoq; iudicio præditi, facilè, per Dei gratiam, ex verbo diuino intelligunt, habentq; compertum: Nam absq; hac Doctrina, verè in Cimmerijs (vt aiunt) vmbris, ac horrendis tenebris, atq; in media profundissimaq; regione vmbræ mortis, vt prophetæ verbis vtar, in perpetuum permansissemus, qua quidem re, nihil tristius & calamitosius dici cogitari ve potest. Ingens etiam, & eximium Dei beneficium esse, inter omnes constat piè eruditos: (quandoquidem Dei Maiestaticam, vt ita loquar, præsentiam, nemo mortalium,

talium, in hac corrupta natura contemplari & ferre posit.) Deum singulari consilio, absq; hominum suffragatione, mittere, excitare, & sæpe etiam miraculosè dare, imò extrudere in vineam suam, præstantes & fideles doctores, Heroes Ecclesiasticos, cognitione liberalium artium, & peritia linguarum vtilium ad explicationem sacræ Scripturæ necessariarum, diuinitùs armatos & condecoratos, quorũ ministerio voce, & lingua, verbum Domini hominibus prædicari queat. Nostrum autẽ est, auditores charissimi, Domino Deo nostro gratias agere, quãtas quidem pectoribus nostris concipere possumus, quòd hoc nostro deploratissimo & desperatissimo seculo, per idoneos & pios doctores, suæ Ecclesiæ missos, doctrinam Euangelij propaget & conseruet: Sedulò etiam in id potissimum incumbere nos decet, vt fideliter verbi cœlestis depositum custodiamus, & quisq; pro suo dono ac modulo, Deo benedicente laboret, confiteatur & patiatur, Oremus etiam Deum assiduè, in Spiritu & veritate, in vera pœnitentia & ardentissima fide, vt ipsemet Ecclesiæ suæ sanguine Filij Dei Domini nostri Iesu Christi redemptæ, seruos & ministros, nostro tempore, prælia Domini præliantes, saluos & incolumes custodiat, & suo Spiritu sancto gubernet, vt ipsi grata & pijs salutaria, cogitent, dicant, scribant & faciant. Agnoscamus etiam & certò statuamus, certissimum & infallibile bonitatis diuinæ τεκμήριον esse, quando nobis idoneos verbi sui præcones mittit (hoc enim thesauro, nihil est in toto terrarum orbe pretiosius) contrà verò non dubitemus, euidentissimum esse iræ diuinæ argumentum, quando Deus fideles verbi concionatores, ob peccata auditorum, ex hac miseriarum valle, in cœlestem patriam auocatos abducit. Hisce enim è viuis sublatis, semper horrendę tenebræ, & grauiora mala, miseriæ, vel ærumnæ, potius in Ecclesiam Domini rursus ingruerunt. Est etiam nostri

muneris, grata mente, beneficia multiplicia, in nos opera & studio Christi ministrorum, collata, agnoscere, & piè in Domino defunctorum, memoriam cum beneuolentia conseruare, id quod sacræ à nobis postulant literæ. Sic enim Psalmo-
12. graphus ait: In memoria æterna, erit iustus. Et Syracides in-
44. quit: Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua: Hinc vsitatum est in Ecclesia Dei contexere illustrium virorum catalogos, & recitare orationes funebres, id quod Esaias, Syracides, Lucas Euangelista, Paulus Apostolus, Christus ipse, Hieronymus, Athanasius, Nazianzenus, & autor libri, vitas Patrum complectentis, & alij plurimi inter recentiores scriptores, non sine insigni laude, fecerunt.

Quam ob causam, cum Reuerendissimus & Clarissimus vir, Dominus Episcopus Pomezaniensis, Ioannes VVigandus, præceptor, compater, & affinis meus, perpetua animi obseruantia mihi colendus, pietate vera, eruditione exquisita, & facundia egregia, ac dignitate præstantissimus, viua voce & plurimis, ijsq; eruditis ac methodicis scriptis, polemicis & exegeticis, per omnis generis pericula, Christo duce & protectore, synceram Euangelij doctrinam, fideliter & constanter propagârit, & in rebus maximis cum summa laude versatus sit, ita vt meritò, inter summos nostri seculi doctores, numerari debeat ac possit, nos etiam oportet beneficia Dei illustria, & omnibus modis consideratione & prædicatione dignissima, quæ per hunc magnum Theologum, non solum Germaniæ, sed vniuersæ Ecclesiæ Dei obtigerunt, gratis pectoribus prædicare, & Domino D. VVigando, ne ingrati esse videamur, honestum præbere testimonium. In hunc igitur finem & vsum de VVigandi nostri ortu, totius vitæ curriculo & morte, orationem, Deo benè iuuante, recitabimus.

Etsi verò, non sum nescius, quàm exiguum sit, quicquid

in me

PRAEFATIO.

AMPLISSIMIS ET ORNATISSIMIS VIRIS, PIETATE, ERVDITIONE, SAPIENTIA ET HVMAnitate præstantibus, Dominis Consulibus & Senatoribus, inclytæ ciuitatis Vuismariæ, Dominis & patronis suis debitâ & perpetuâ animi obseruantiâ colendis.



SALVS À FILIO DEI, Domino nostro Iesu Christo, crucifixo & gloriosè resuscitato, Amen. Etsi amplissimi, ornatissimi & prudentissimi viri, Domini et Mecœnates reuerēter colendi, Aduersarius noster Diabolus, multiplices vias & mille dolos tenet, quibus noctes atq; dies Christianorū saluti insidiatur: tamen hæc sunt artificia eius frequentissima & vsitatissima, vt fideles Ecclesiæ Dei Doctores, mendacijs suspectos reddere, conuicijs conspurcare, & calumnijs in odium adducere, conetur: qua quidem re, sicut nouit, mundum cum Christo & eius ministris ἀσπονδόν πόλεμον, gerentem, mirificè capi & delectari: ita per latus concionatorum fidelium, ipsum Christum & Euangelion eius petit & adoritur: Quando enim pijs verbi ministris, suis venenatis calumnijs, omnem detraxit existimationem & autoritatem, tùm Satanæ non est difficile, contemptum & odium doctrinæ auditoribus instillare. Quod cùm feliciter ei successit, tùm citra, quod aiunt, pulueren, credentium salutem impedit, & eosdem phanaticis erroribus, & cæcis furoribus implet.

Hanc nostram assertionem, veritati diuinæ consentaneam esse, nemo verè pius & timens Deum, inficias ire potest, quandoquidem ex sacris literis, historia Ecclesiæ & quotidiana experientia, cui

nemo sanæ mentis contradicit, id ipsum, quasi ad oculū, demonstrari possit. Nos ob simpliciores pauca huius rei exempla (quorum magna vis est) recitabimus. Moses fuit homo sanctissimus, moderatissimus & mitissimus omnium, quos tunc terra tulit, & tamen à Principibus & Senatoribus audire cogitur, quòd vnà cum fratre Aarone malis dominationis cupidinibus flagret. Et licèt Deus calumniatores horum fidelium suorum seruorum, hiatu terræ absorptos puniret: nihilominus tamen, Moses & Aaron populi Domini interfectores publicè proclamantur: imò saxis eosdem obruere & necare Israëlitæ conantur. Qua sorte Noah, Loth, Elias, Eliseus, Esaias, Ieremias, Ezechiel, Amos, Daniel, Esdras & pleriq; alij Prophetarum vsi sint, ex Biblicis historijs notum est. Beatis Apostolis, pacem Iesu Christi merito partam, annunciantibus, à persecutoribus impijs, Diaboli organis, obie-
17 ctum est, quòd ciuitates & totum terrarum orbem sua noua doctrina conturbarent, & magistratui politico, debitam obedientiam præstare recusarent. Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, eius auditores, quorum causa in mundum venerat, comedonem, vinosum, publicanorum & peccatorum socium, blasphemum, seditiosum & Diaboli ministrum, quasi infamem hominem excommunicatione dignum, coràm & quidem in faciem, appellare non erubuerunt. In historia Cyrilli opponentis se indocto & superbo homini, Ioanni Antiocheno, Ecclesiæ Dei turbatori maximo, extat insigne exemplum, quomodo filij huius seculi, Christi ministros beent & excipiant. Cyrillus iuxta Dei mandatum, veritatis cœlestis, contra Nestorij heresin, patrocinium suscipit: ille verò, ab Aduersarijs brachio seculari nitentibus, calumnijs & mendacijs adeò obruitur, vt etiam optimus Imperator Theodosius Iunior, Cyrillum de criminibus ei obiectis suspectum, custodiæ mandârit, & ipsi exilium minatus fuerit. In historia Ecclesiastica legitur memorabile exemplum de Athanasio, qui vltra 46. annos Ecclesiæ Christi, cum discrimine vitæ fidelissimè seruiuit: Is coram magistratu politico, velut latro, adulter, magus & proditor Imperatoris Constantini, accusatur, ex-

commu-

communicatur, & more ſceleratorum in exilium triſtiſſimum pellitur. Quàm turpiſſimis & impudentiſſimis mendaciorum plauſtris, Pontificij virum Dei, D. Lutherum prægrauarint, clamitantes, cum non eſſe baptizatum, nec legitimo thoro natum. Item, eum eſſe ter maximum hæreticum, aqua, ferro, & flammis tollendum, ad ſydera vſq; notum eſt. Quantis conuitijs, mendacijs, dicterijs, ſarcaſmis, paſquillis & inuectiuis maledicis, Caluiniſtæ, Aſſertores & defenſores Teſtamenti Filij Dei impetiuerint & onerârint, ſcripta Bulingeri, P. Martyris, Bezæ, Zanchi, Danæi, Hardeſiani, Ioannis Maieris, Toſſani, Grynæi & aliorum abundè teſtantur. Qualem mercedem, impius mundus, D. Vuigando Epiſcopo Pomezanienſi fideliſſimo & Vuiſmarienſis olim Eccleſiæ Superintendenti vigilantiſſimo, rependerit, ſcripta Pontificiorum, Adiaphoriſtarum, Synergiſtarum, Maioriſtarum, Manichæorum, Caluiniſtarum, & aliorum præſtigiatorum, quorum peccata & falſa dogmata, viua voce & publicis libris, iuxta Dei mandatum, ratione ſui muneris, priuatim & publicè redarguit, ſatis ſuperq; teſtantur. 2. Tomo Epiſt. Luth. pagina 226. 8. Tomo Ien. pag. 55.a.

Quomodo, me etiam, minimum & indigniſſimum Chriſti miniſtrorum, ob iniquiſſimam Antilutheranorum Vuitebergenſium excluſionem, quidam maleferiati ſocij, non præter meritum, de Caluiniſmo ſuſpecti, non ſolùm in aulis Principum, verùm etiam in hac vrbe, coram frequentiſſimo Senatu, contumelijs & manifeſtis mendacijs affecerint & deformarint, V. A. norunt.

Quando verò fideles Euangelij præcones vident & experiuntur, ſe aſſiduis ſuis laboribus, curis & moleſtijs, nihil aliud, niſi odium, calumnias & conuicia mereri: atq; adeò ſummā ſuorum etiam auditorum & amicorum ingratitudinem deprehendunt; tùm ſanè mirum in modum conturbantur: Non enim ſtipites & lapides ſunt, ſed carnem habent & ſanguinem. Et Salomon veriſſimè ait: Calumnia conturbat ſapientem & frangit robur cordis eius. Ac notum eſt illud vulgare prouerbium: Calumniare audacter, ſemper aliquid hæret. Eccleſ. 7.

Hic quærat nunc aliquis: Quid igitur faciendum sit verbi Dei ministris, quando eiusmodi impiorum conuicijs proscinduntur, & illorum honestum nomen mendacijs denigratur?

Ad hanc quæstionem, iuxta verbum Dei hoc modo respondendum esse existimo: Debent quidem concionatores pij, exemplo Prophetarum, Apostolorum ac ipsius Christi, omnes istas afflictiones patienter ferre, & sese Christi promissione consolari: quòd ille eiusmodi suos martyres, beatos prædicet, quorum merces copiosa sit in cœlis. Habent etiam fideles verbi ministri persecutionem sustinentes, bonam conscientiam (quæ ipsis pluris [illegible] quàm centies mille persecutorum calumniæ) quòd Aduersarij [illegible], omne malum
1.5. *verbum contra eos dicant mentientes: Quia tamen sub persona concionatorum, ministerij Euangelici magnificentia & autoritas eleuatur & contemnitur (in hoc enim casu, persona & officium concionatorum non possunt ab inuicem diuelli) ac Dominus & fundator ministerij, Iesus Christus, cuius legati sunt & Euangelij præcones, per eiusmodi persecutores vituperatur: ad talia conficta & obiecta crimina, nequaquam tacendum vel conniuendum, sed grauiter, modestè & in timore Domini, calumniæ maleuolorum sunt abstergendæ & refutandæ, ac fama honesta, ordinario & legitimo modo defendenda est, idque exemplo ipsius Christi & Apostolorum. Paulus in Actis capite 24. ad Fœlicem præsidem inquit: Accusatores mei,*
1. *non possunt ea probare, de quibus me accusant. Ita Lutherus docet, pios non debere vti silentio, quando aliquid falsi ipsis affingatur.*
58. *Legatur Lutheri locus. S. Ambrosius grauiter inquit: Licet tibi*
&c. *silere, in negotio duntaxat pecuniario, quanquam sit constantiæ, adesse æquitati, In causa autem Dei, vbi communionis periculum est, etiam dissimulare peccatum non est leue. Augustinus ait: ita doctor Ecclesiæ bonam eligat vitam, vt etiam bonam non negligat famam. Necessaria est nobis vita nostra, alijs fa-*
12. *ma nostra. Salomon inquit: Melius est nomen bonum quàm diuitiæ multæ. 1. Corinth. nono scriptum est: Bonum est mihi mori*

potius

potius, quàm vt gloriationem meam aliquis inanem reddat. Honestiores etiam Ethnici iubent, vt homines famam bonam custodiant. Dicunt, satius esse mori, quàm per dedecus vitam retinere. Seneca inquit: Crudelis est, qui propriam famam negligit. Leuis est, quem non stimulus gloriæ tangit. Rectissimè dicunt Iurisconsulti: Vita & fama pari passu ambulant. Notissimi sunt versus Scholastici:

Omnia si perdas, famam seruare memento.
Qua semel amissa, postea nullus eris.

Hæc eam ob causam repetenda esse puto, vt V. A. intelligant, cur hoc potissimum tempore, narrationem historicam de D. Vuigandi ortu, totius vitæ curriculo, certaminibus, exilijs & morte, in lucem edam, eius existimationem defendam, & ipsi testimonium honorificum præbeam. Scitis Deum in 8. præcepto, non tantùm à nobis postulare, vt propriam nostram famam tueamur: verùm etiam nobis seriò mandare vt proximi nostri calamitate afficiamur, & eius vitam inculpatam & famam honestam, contra hominum malorum, mendacia, calumnias & obtrectationes, quantum, per Dei gratiam, fieri potest, legitimo & ordinario modo Theologicâ modestiâ obseruatâ propugnemus & defendamus, atq; hac ratione, coram Deo, sanctis Angelis, & toto mundo, veritati laboranti, etiam cum vitæ nostræ periculo, testimonium luculentum præbeamus. Cùm autem optimus & præstantissimus vir D. Vuigandus, non solùm, totius mundi odio & inuidiâ laboret, sed etiam ob constantem, doctrinæ cœlestis confessionem & professionem, ac omnium errorum & enormium peccatorum grassantium absq; vllo respectu personarum, loci & temporis, reprehensionem, malè audiat, non tantùm apud Adiaphoristas & Sacramentarios factiosos, verùm etiam, apud eos, qui Euangelici Principes & maximi Theologi esse volunt: Iudico me non peccare, quòd iuxta Dei mandatum, ratione etiam meæ conscientiæ & muneris mihi in hac Ecclesia, diuinitùs assignati, Ego D. Vuigandi discipulus, conuictor domesticus, affinis & compater, eundem, aduersum male-

uolorum iniquißimas accuſationes & criminationes defendam. Nullum verò eſt mihi dubium omnes bonos & piè eruditos, in timore Domini, hanc orationem legentes, facilè pro ſua pietate & candore, intelligere, D Vuigandum, neq; verbis, neq; factis, impijs hominibus, vel minimam etiam occaſionem, ipſum criminandi, licèt coram Deo iuſtißimo, non fuerit, vtpote homo, ἀναμάρτητος præbuiſſe, vobis verò, hanc meam hiſtoricam, de vita & obitu D. Vuigandi, orationem dedicandam eſſe cenſui, non tantùm propter ſingularem veſtram beneuolentiam, qua me complures ab hinc annos complexi eſtis, verùm etiam vt pro ſummis maximisq; beneficijs, quæ in me Ieſu Chriſti miniſtrum, contuliſtis, aliquam ſaltem animi grati, ſignificationem, erga V. A. declararem, Certo etiam mihi perſuaſum habeo, V. A. hanc orationem de vita & rebus geſtis D. Vuigandi Superintendentis veſtri olim fideliſsimi, de Eccleſia & Schola noſtra, ſuis laboribus pientißimis, & ſcriptis eruditißimis, præclarè meriti, gratißimam futuram eſſe. Honeſtis enim & pijs mentibus, nihil iucundius eſt, quàm fideles Eccleſiæ Dei doctores (inter quos meritò noſtrum Vuigandum recenſere poſſumus) cum quibus in omni æternitate, in cælis, apud ſacroſanctam Trinitatem, Deum Patrem Deum Filium Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Deum Spiritum ſanctum, & beatos Angelos, ac electos ſe victuros eſſe credunt, aliquo modo in hac etiam vita, ſi non coràm, de facie, attamen ex deſcriptione veræ pietatis, ſtudiorum & certaminum, agnoſcere. Nos etiam omnes in hac laudatißima ciuitate Vuiſmarienſi, hæc oratio hiſtorica excitare & impellere debet, ad ardentem gratiarum actionem pro innumeris beneficijs, quibus Deus Opt. Max. hanc Eccleſiam, Scholam & Remp. per ſalutare ſuum organum D. Vuigandum cumulatißimè, & quidem præter noſtrum meritum affecit. Conducit etiam hæc recitatio vitæ & obitus Vuigandi ad ſeriam precationem, vt Deum oremus, quo etiam in poſterum ſuæ Eccleſiæ & Scholis ſalutares & fideles doctores & miniſtros largiri dignetur.

Hiſce & alijs de cauſis impulſus V. A. hunc libellum nuncupare

volui,

volui, bona spe fretus, V. A. hunc qualemcunque meum laborem æqui bonique consulturas esse. Quod super est Deum precor, vt Spiritu Sancto suo nos omnes, docentes & discentes, magistratus & subditos, in posterum regat, vt & tranquillo tempore, placidè ea, quæ vera & vtilia sunt, doceamus & discamus, & ingruentibus persecutionum procellis, possimus ipso benè iuuante, constanti veritatis cœlestis confessione, Deum Patrem Domini nostri Iesu Christi, glorificare, & per ipsius gratiam doctrinæ puritatem conseruare, & ad posteritatem propagare. Domine Iesu sanctifica nos in veritate tua, cuius simplex est oratio, Sermo autem tuus est veritas.

Datum VVismariæ, ob portus commoditatem, mercimonijs olim in Balthico mari florentissimæ, iam verò ob hospitium Ecclesiæ Iesu Christi, in toto terrarum orbe celeberrimæ Anno superabundantis gratiæ 1588. Cal. Decemb. quibus an. 1521. Leo Decimus Antichristus Romanus ex Medicea familia Florentiæ natus, *malignam animam exhalauit, sub cuius pontificatu D. Martinus Lutherus, popularis, præceptor & affinis D. VVigandi, Spiritus Domini impulsu, contra indulgentiarum fictitiarum impudentissimas nundinationes Anno 1517. vltimo die Octob. Vuitebergæ primùm disputare & scribere cœpit.*

V. A. addictiss.

M. Conradus Schlüsselburgius
ibidem Ecclesiastes.

ORATIO DE VITA ET OBITV, REVERENDISSIMI VIRI, PIETATE, DOCTRINA, HVMANITATE ET CONSTANTIA PRAESTANTIS, D. IOANNIS VVIGANDI, *Theologi, Episcopi Pomezaniensis fidelissimi.*



VOD Deus Opt. Max. coeleſtem puramq; Euãgelij doctrinam, de eſſentia & voluntate ſua, deq; noſtro officio, fine aut beatitudine ex immenſa ſua bonitate & gratia, generi humano patefecit, ac declarauit, multisq; miraculis ac teſtimonijs præclaris ornauit, aduerſus furorem mundi, rabiem Diaboli & crudelitatem Tyrannorum, hactenus conſeruauit, etiámnum conſeruat, & deinceps vſq; ad conflagrationem mundi huius immundi, vel ſi fractus illabatur orbis, conſeruabit, idipſum inquam reuerendi, clariſſimi, ampliſſimi, prudentiſſimi, ac doctiſſimi viri, & corona iuuenum ornatiſſima, præclarum Dei beneficium & maximum eſſe miraculum, omnes ſynceræ pietatis ſtudioſi, ſanoq; iudicio præditi, facilè, per Dei gratiam, ex verbo diuino intelligant, habentq; compertum: Nam abſq; hac Doctrina, verè in Cimmerijs (vt aiunt) vmbris, ac horrendis tenebris, atq; in media profundiſſimaq; regione vmbræ mortis, vt prophetæ verbis vtar, in perpetuum permanſiſſemus, qua quidem re, nihil triſtius & calamitoſius dici cogitari ve poteſt. Ingens etiam, & eximium Dei beneficium eſſe, inter omnes conſtat piè eruditos: (quandoquidem Dei Maieſtaticam, vt ita loquar, prçſentiam, nemo mortalium,

talium, in hac corrupta natura contemplari & ferre posit.) Deum singulari consilio, absq; hominum suffragatione, mittere, excitare, & sæpe etiam miraculosè dare, imò extrudere in vineam suam, præstantes & fideles doctores, Heroes Ecclesiasticos, cognitione liberalium artium, & peritia linguarum vtilium ad explicationem sacræ Scripturæ necessariarum, diuinitùs armatos & condecoratos, quorũ ministerio voce, & lingua, verbum Domini hominibus prædicari queat. Nostrum autẽ est, auditores charissimi, Domino Deo nostro gratias agere, quãtas quidem pectoribus nostris concipere possumus, quòd hoc nostro deploratissimo & desperatissimo seculo, per idoneos & pios doctores, suæ Ecclesiæ missos, doctrinam Euangelij propaget & conseruet: Sedulò etiam in id potissimum incumbere nos decet, vt fideliter verbi cœlestis depositum custodiamus, & quisq; pro suo dono ac modulo, Deo benedicente laboret, confiteatur & patiatur, Oremus etiam Deum assiduè, in Spiritu & veritate, in vera pœnitentia & ardentissima fide, vt ipsemet Ecclesiæ suæ sanguine Filij Dei Domini nostri Iesu Christi redemptæ, seruos & ministros, nostro tempore, prælia Domini præliantes, saluos & incolumes custodiat, & suo Spiritu sancto gubernet, vt ipsi grata & pijs salutaria, cogitent, dicant, scribant & faciant. Agnoscamus etiam & certò statuamus, certissimum & infallibile bonitatis diuinæ τεκμήριον esse, quando nobis idoneos verbi sui præcones mittit (hoc enim thesauro, nihil est in toto terrarum orbe pretiosius) contrà verò non dubitemus, euidentissimum esse iræ diuinæ argumentum, quando Deus fideles verbi concionatores, ob peccata auditorum, ex hac miseriarum valle, in cœlestem patriam auocatos abducit. Hisce enim è viuis sublatis, semper horrendę tenebræ, & grauiora mala, miseriæ, vel ærumnæ, potius in Ecclesiam Domini rursus ingruerunt. Est etiam nostri

muneris, grata mente, beneficia multiplicia, in nos opera & studio Christi ministrorum, collata, agnoscere, & piè in Domino defunctorum, memoriam cum beneuolentia conseruare, id quod sacræ à nobis postulant literæ. Sic enim Psalmo-
Psal.112. graphus ait: In memoria æterna, erit iustus. Et Syracides in-
Sirac.44. quit: Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua: Hinc vsitatum est in Ecclesia Dei contexere illustrium virorum catalogos, & recitare orationes funebres, id quod Esaias, Syracides, Lucas Euangelista, Paulus Apostolus, Christus ipse, Hieronymus, Athanasius, Nazianzenus, & autor libri, vitas Patrum complectentis, & alij plurimi inter recentiores scriptores, non sine insigni laude, fecerunt.

Quam ob causam, cum Reuerendissimus & Clarissimus vir, Dominus Episcopus Pomezaniensis, Ioannes VVigandus, præceptor, compater, & affinis meus, perpetua animi obseruantia mihi colendus, pietate vera, eruditione exquisita, & facundia egregia, ac dignitate præstantissimus, viua voce & plurimis, ijsq; eruditis ac methodicis scriptis, polemicis & exegeticis, per omnis generis pericula, Christo duce & protectore, synceram Euangelij doctrinam, fideliter & constanter propagârit, & in rebus maximis cum summa laude versatus sit, ita vt meritò, inter summos nostri seculi doctores, numerari debeat ac possit, nos etiam oportet beneficia Dei illustria, & omnibus modis consideratione & prædicatione dignissima, quæ per hunc magnum Theologum, non solum Germaniæ, sed vniuersæ Ecclesiæ Dei obtigerunt, gratis pectoribus prædicare, & Domino D. VVigando, ne ingrati esse videamur, honestum præbere testimonium. In hunc igitur finem & vsum de VVigandi nostri ortu, totius vitæ curriculo & morte, orationem, Deo benè iuuante, recitabimus.

Etsi verò, non sum nescius, quàm exiguum sit, quicquid in me:

in me est facultatis dicendi: tantum abest, vt arrogare mihi quicquam eloquentiæ oratoriæ velim: Tamen insigni dolore afficior, hoc tempore occupatissimo, minùs me, quam vnquam aliàs, paratum esse à dicendo, cum & maxima tristitia mentem mihi velut tenebris quibusdam ita circumscripserit, vt etiam vix ea, quæ huic auditorio, in quo sæpissimè per totos septem continuos annos D. VVigandum, docentem & disputantem audiuistis, non omnino sunt incognita, vix proferre queam: Ita enim laborat animus meus, desiderio rebus humanis exemti, non præceptoris modò fidelissimi, sed compatris exoptatissimi, affinis suauissimi, amici probatissimi, & Mœcenatis benefici, & quasi parentis, in Christo colendissimi, vt in aceruo rerum multarum, quò me vertam, aut quid primò dicēdo expediam, vix aut ne vix quidem videre possim. Ita porro, mœsticia vires corporis attenuatæ sunt, vt pigeat propemodum verba facere, de eiusmodi rebus, quæ absq; omnium nostrum dolore, & acerbissimo animorum sensu, exprimi sermone nequeunt. At verò, cum duo sint quæ & infantiam & inertiam meam tueri, vel excusare saltem possint, prorsus mihi persuadeo, me veniam consecuturum esse à vobis, qui ex æquo & bono iudicium facietis, de eo, quod veluti mihi necessarium est, ita vobis nō prorsus ingratum aut molestum fore confido: Exigit enim memoria prestantissimi Theologi D. VVigandi, præceptoris omnium nostri, vt aliquid de eius vita & rebus gestis dicatur & quicquid dicatur, reprehensione careat: Cum nihil dici de tanto viro, de Ecclesia & Schola hac nostra præclarè merito, præter decorum & honestatem, iure censeri possit. Deinde etiam mei officij est, prosequi aliquo sermone hunc Theologum Ecclesiæ Dei ereptum, qui mihi certè quidem non modò præceptoris, sed & parentis quoq; loco, semper fuit. Ac quantus sit dolor meus ex insperato & luctuoso eius

obitu conceptus, vel hinc æstimare potestis, & vt confido, veniam dabitis, ægritudine animi perturbato. Erit hoc tibi VVigande desideratissime, ob suauissimam coniunctionem nostram, per annos nouendecim continuos, ob eruditonis, virtutis, pietatisq; præclaram laudem, & beneficia tua innumera in me collata, quo ad vixero, obligatum deditumq;, vt quàm diu Spiritus hos rexerit artus, tui memoriam honorificã celebrare, & tuis liberis, iterum, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, inseruire non desinam. Pertinere etiam ad nos omnes luctum atq; dolorem D. VVigandi obitus non dubito ab omnibus sanis intelligi, qui virtutis proprium hoc esse norunt, vt admirabiles sui amores excitet etiam in ignotis. Erat in eo Theologo excellens, prudens, sincerumq; iudicium de controuersis in Ecclesia Dei dogmatibus, indefessus labor, oratione, voce & scriptis polemicis omnis generis corruptelas detegendi & refutandi, magna πληροφορία & insignis παῤῥησία, hæreses & peccata grassantia, ἄνευ προσωποληψίας taxandi. Hunc tam eximium Heroëm amisimus: quid inquam amisimus? amiserunt Scholæ & Ecclesiæ in Borussia fidelem Episcopum, amisimus nos constantem veritatis diuinæ propugnatorem & præceptorem. Itaque meritò dolemus, tanti tamque præstantis Theologi mortem, cuius laus nulla est interitura die. Neque verò reprehendi debet, lugeri à nobis atque defleri familiarius, hominem beneficijs hominum exoptatum, cùm nihil tàm coniunctum sit cum natura hominis pij (vt ille inquit) quam dolere vicem eorum, qui nobiscum in communi vitæ societate constituti fuerunt. Sicut enim grauiter dicitur: Interest hominis, hominem ab homine beneficio adfici. Ita aliena esse ab homine non debet, hæc societas doloris, qua aliorum vel casus acerbos, vel insperatos dolores, ad se quoque pertinere, homines intelligunt. Nihil humanitati magis con-

ueniens est, quam affici hominum calamitate, cùm ab humanitatis mutua affectione, homines appellemur. Accedit huc, quòd hæc lugendi ratio, si modum non excesserit, ex ipso intuitu miseriæ humanæ adducit in agnitionem Dei vberiorem, vt quasi à cunis Redemptoris nostri, & à fascijs eiusdem incipientes, & per crucem, sepulchrumq; ac victoriam ipsius progressi meditando, velut per gradus, cœlum conscendamus, gloriam nostram, in ipsa contemplatione miseriæ liquidè, & manifestè conspicantes. Sed & vitæ ciuili profuerat, defunctorum laudes in funeribus recitari. Siquidem ab aliorum exemplis prudenter petitur, quod in nobis videatur, vel ad vitam rectè instituendam, vel piè honesteq; gubernandam pertinere. His de causis placeat vobis, mihi aures religiosas, attentas & vacuas accommodare, quò ad pauca de vita & obitu VVigandi Theologi perorauero. Et quoniam præclarè Plato dixit: ἥδιστον ἐστὶ τῶν ἀκουσμάτων τὴν ἀλήθειαν λέγειν: Dabimus nos quoque operam, ne occasione rerum oblatarum, vel abutatur oratio nostra, vel euagetur longiùs, quam rerum dignitas atque fides patiantur: Sed ad rem ipsam, ne diutius oratione mea suspensa expectatio vestra teneatur, sine longioribus verborum ambagibus veniemus.

Ioannes VVigandus natus est Mansfeldiæ in radicibus Meliboci, seu vt vulgo appellatur, Harciniæ montis, sitæ oppido & comitatu, non modo ob Cheruscorum seu nobilissimorum Mansfeldensium comitum, vetustam & nobilissimam gentem: Sed D. Lutheri, D. Æmilij, D. Prætorij, D. Teuberi, D. Posonis, poëtæ Raphaëlis, D. Rhodij, D. Kauffmanni, & multorum aliorum celeberrimorum virorum patriam, in toto terrarum orbe celeberrimo & florentissimo. Annus tum agebatur à salutifero partu Beatæ Mariæ semper virginis Patri

ginis

ginis supra millesimum, quingentesimum, vicesimus tertius, qui maximè celebris est martyrio Ioannis & Henrici professionis Augustinianæ, duorum Monachorum obitu Vlrici gente Hutteni, nobilis Franci, viri doctissimi, ingenij acerrimi, & animo confidentissimo, morte Adriani pontificis, ac conuersione vrbis Argentoratensis ad doctrinam Euangelij, & origine sectæ Anabaptisticæ.

rentes. Parentes habuit VVigandus, Ioannem VVigandum Hessum, & matrem Catharinam, vtroq; honestæ famæ & mediocribus facultatibus parente. Ab his, puero, quando in sacrosancto Baptismo, Iesu Christo & Ecclesiæ eius nomen dedit, nomen impositum est Ioannis VVigandi, haud dubiè ex singulari quodam fato, & voto parentum: Ioannis enim nomen, Ebræis in sacra lingua, à gratia deducitur, & gratiosum significat, quem nos vocamus Huldericum. Neq; temerè sic dictus est. Talis enim verè fuit, quòd ad mores & priuatam vitam attinet. Deinde quòd ad officium quo functus est, verè fuit Ioannes: Nam noster Ioannes, Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, fontem gratiæ & Mediatorem salutis nostræ, ad exemplum Ioannis Baptistę, contra pontificios, Iustitiarios Maioristas, & omnis generis præstigiatores prædicare debuit.

omen. nini- insunt na.

ucatio. Pater ipsius pietatis & literarum supra modum amans, filium Ioannem puerum adhuc tenerum, & qui nondum septimum annum ætatis compleuisset, in scholam triuialem, vt vocant, eius oppidi deduxit, vt prima literarum rudimenta disceret. Pater etiam sæpè ad pueri lectum, precabatur Deum expressis verbis, ardentissimisq; votis, vt Dominus Deus, huic filio suo Ioanni, suam gratiam largiretur, quo & ipse sui nominis memor, propagationem sinceræ doctrinæ (quæ tum in illis locis, fatali conuersione, per electum Dei, & Spiritus sancti organon, D. Lutherum, postremum

nostri

nostri seculi Heliam, diuinitùs iterum reflorescere incipiebat, & pristino nitori Apostolico restituebatur) adiuuaret. Cum ministris igitur verbi & scholæ collegis semper amicitiam pater VVigandi colebat: & quia φίλαγω quodam musarum temulentus, literatos homines, singulari beneuolentia complectebatur, Concionatores & scholæ ministros in anno aliquoties ob filium ad conuiuia in suam domum amicè inuitabat, qui quidem maiorem in modum eius viri singulari pietate, & incredibili humanitate & moribus eius politis capiebantur. Tali patre natus VVigandus cùm non modo facie & ipso vultu parentem repræsentaret, sed & insita semina virtutis paternæ, animo quoq; præ se ferret, initio statim ostendit egregiam quandam ingenij peracris præstantiam & præclaram indolem natam, tum ad discendas literas humaniores, tum ad colendā pietatem. Maturè itaq; literis discendis adhibitus est: & quidem M. Bartholomeus Vuolff-hartus, vnus tum è scholasticis grandiorib⁹ (qui postea Neuburgi ad Danubium & tandem Hildesiæ celeberrimæ in Saxonia inferiore vrbis, longo tempore Superintendentem egit) primum in ludum publicum Mansfeldiæ, vt sæpius ex ore eius audiui, eum duxit. Ac principia doctrinæ cœlestis mediocriter, & liberalium artium initia, fœliciter, Deo benè iuuante, in ea ipsa schola, eoq; loco VVigandus percepit, vbi D. Martinus Lutherus quoque antea, in sua pueritia, eadem didicit. *Studiorum socij.*

Præceptorem habuit in gymnasio Mansfeldensi Dionysium Agrium Austriacum, spectatæ tum probitatis, tum eruditionis virum, cognitione Hebraicæ, Græcæ & Latinæ linguæ excellentem, & insignem semper habitum in omnibus ferè germaniæ scholis, iuuentutis erudiendæ magistrum: Is verò puerum, in quo præclara indoles apparebat, sicut & cæteri scholæ collegæ, amare cœperunt, præsertim cùm im- *Præceptores.* *Indoles.*

primis Catechesin (quæ summam veræ religionis de Deo breuiter comprehensam, vnde & Breuiarium doctrinæ cœ-
289. lestis à S. Cypriano dicitur, continet) & præterea Musicen cito addisceret, & pura, contenta, sonora, ac suauissima voce reliquos æquales superaret. In summa vt omnia διαβραχέων, καὶ ἐν ἐπιτομῇ complectar, tanta erat in VVigando nostro vis memoriæ, tanta etiam in retinendo celeritas, tantaq; in percipiendo & cognoscendo omnia, ingenij acrimonia vt & parentes & præceptores summæ eruditionis, summæq; pietatis, non dubiam spem de eo conciperent, & non dubitarent, VVigandum aliquando, Deo benè fortunante, cum futurum qui possit τῷ θεῷ κεχαρισμένον εἰπεῖν καὶ ἀνθρώποις ἐπωφελῆ. Prima itaq; artium dicendi fundamenta, & pietatis Christianæ capita, VVigandus haud infeliciter, in patria schola jecit. Cùm autem integrum decennium sub ferula D. Dionysij Agrij præceptoris sui fidelissimi transegisset: ita & ingenium & diligentiam suam probauit condiscipulis & præceptoribus istius Gymnasij, vt omnes qui docilitatem in VVigando & simul acris animi & mentis sagacis præclarissima signa cernebant, & vim ingenij diuinam animaduertebant, vno ore iudicarent, eum dignum esse, qui in scholam altiorem (quas κατ' ἐξοχὴν Academias appellant) ad præstantiores doctores ablegeretur.

Quare cura parentis ac propinquorum in Academiam Vuitebergensem (tum temporis in tota Europa præ cœteris florentissimam & frequentissimam) tantùm vndecim milliaribus germanicis à Natali solo distantem, quasi ad mercatum doctrinæ vberiorem missus est, vt ibi ampliorem ingenij cultum caperet. In hac schola Vuitebergensi, annis fermè tribus vixit, illo autem tempore, quia magna vis ingenij & summus ardor discendi in eo erat, totum sese philosophicis studijs addixit, & noctes atq; dies in septē liberalium artium

medi-

meditatione, & linguarum vtilium cognitione versatus est: Abundabat enim tum otio, quod omne in literas indesinenter impendebat. Habebat isthic in omni genere disciplinarum Professores & Præceptores eximios & fideles, quos audiret: Docebant enim tunc in illa Academia celeberrimi & præstantissimi Theologi D. Martinus Lutherus, quem legentem publicè, disputantem de grauissimis controuersijs religionis, & concionantem dulcissimè cùm magno fructu, audiuit. Erat etiam illic Philippus Melanthon, eò per D. Fridericum ducem Saxoniæ, vnum ex septemviris, penes quos est deligendi Imperatorem Romanum potestas, euocatus ex Academia Tubingensi (Theologus & Philosophus ætatis suæ post Lutherum, facilè princeps, & omnium ferè in his gentibus eruditorū communis præceptor) quem sibi quoq; attentissimè audiendum VVigandus putauit. Inijt etiam & coluit amicitiam & religionis & literarum nomine, cum D. Casparo Crucigero seniore, Audiuit etiam D. Iustum Ionam Theologum, & D. Vitum VVinshemium, Græcarum literarum, publicum tum illic Professorem, cuius viri eò libentiùs cum beneuolentia recordor, quòd eundem venerandum & pium senem, Vuitebergæ, in græca lingua, præceptorem fidelem habui: Huius VVinshemij doctrinam, memoriam, humanitatē, pietatem, cæterasq; virtutes admirabilem deniq; in erudienda iuuentute dexteritatem, & in præceptis tradendis, ac Græcis autoribus enucleandis, eruditam, neruosam, perspicuam & methodicam facilitatem & breuitatem, nunquā ego satis deprædicare possum. Priuato præceptore, viro eruditissimo & pijssimo M. Ioanne Marcello vsus est, qui ad formanda iudicia adolescētum singulari dexteritate excellebat. Reliquarum etiam linguarū & artium Iurisprudentię & Medicinę Professorū lectiones sedulo, pro ratione temporis & studiorm suorum frequentauit, vt nullarum rerum

Præcept res Vuitberge.

cognitionem nō attingeret, & vndiq; quandā scientiæ quasi possessionem occuparet, & nō tam laudem venaretur, quàm vsum sibi fructumq; cognitionis, exemplo Apostoli Pauli acquireret.

VVigandus Norimbergæ fit collega scholæ. Sub initium Anni 1541. consilio præceptorum, parentum & amicorum, Noribergam ex Academia Vuitebergensi vocatur, vbi ludo literario, ad S. Laurētium prçficitur, erudiendis pueris operam strenuam nauans, ac præter voluntatem totum triennium in puluerulenta & molestissima quidem illa, sed Deo Opt. Max. tamē longè gratissima functione detinetur. Habebat ibi collegam doctissimum, & disertum, Petrum Vincentium, omnium eius studiorū socium, cum quo sæpissimè carminibus scribendis certabat. Noribergæ conciones ex sacra Cortina habentes, audiuit. Andream Osiandrum, Vitum Theodorum, & Thomam Venatorium, qui alijs verbi diuini præconibus, eruditione multiplici, & eximijs eloquentiæ donis, longè antecellebant. Inuitus verò vt monui, VVigandus Noribergæ manere coactus est. Nam ardore in literis bonis addiscendis accensus, vehementer cupiebat, in scholam Vuitebergensem, superstite adhuc D. Luthero, reuerti. Quare, à Domini natiuitate An. 1544. cupidissimè Vuitebergam ad incoätum studiorum cursum continuandum aduolauit.

VVigandus redit Vuitebergam.

VVigandus gradum Magisterij suscepit. Anno 1545. pro illius temporis & Scholæ consuetudine, vnà cum alijs quibusdam competitoribus, in Academia Vuitebergensi, titulum & gradum Magisterij (velut prœmia & honores, qui his meritò tribuuntur, qui magnos in studijs progressus fecerunt) consecutus est, cùm nondum vigesimum secundum ætatis suæ annum compleuisset. Induxerat autem VVigandus animum, se deinceps aliquot annos, isthic, de consilio D. Lutheri, D. Philippi Meanthonis præceptorum, propter sacræ Theologiæ studium,

cui se totum consecrârat, vtpote in quo tabernaculum vitæ suæ collocârat subsistere: Cognouerat enim, quòd pater ab initio, ex voto quodam pio, destinasset eum ad sacras literas discendas, ad quas etiam diuino quodam instinctu & propensa cupiditate, VVigandum quasi impelli, inde Præceptores colligebant, quòd in tenera adhuc ætate, mirum in modum religiosæ pietatis amore flagraret, & præter solitum, austerior esset, & seuerus omnium in suis condiscipulis, criminum reprehensor, id quod sæpius, ex ijs, quibus in iuuentute cognitus fuit, memini me audire. Sed exortæ sunt seuissimæ tempestates, & tempora turbulenta, & valde tristia (perturbata Germania bello, quod vulgo vocârunt Schmalcaldicum, obducta quadam specie rebellionis, contra Saxoniæ Electorem, D. Ioannem Fridericum & D. Landgrauium Hessum, sed reuera purioris doctrinę delendę causâ, à Carolo Quinto instinctu Antichristi Romani susceptum) quæ cursum Vuigandi cogitatum & hoc pium eius propositum, impediuerunt. Anno eodem vertente, cùm, D. Luthero mortuo in patria sua Eislebij, quam à multis annis non viderat, Februarij die 18. maximo cum gemitu plurimorum piorum, cuius etiam funus Vuitebergæ Vuigandus in tumulatione, secutus est, mox bellici apparatus, aduersus Electorem Saxoniæ, vti dixi martyrem Iesu Christi, Principem confessorem fidei, signiferum sanctæ crucis, & comitem, veritatis diuinæ, exorirentur, & præsidium militum, in arcem & oppidum, ad fluuium Albim situm, cui nomen à colore albo, Vuiteberga est, imponeretur, ac studiosi ex Academia cogerentur discedere (Musis enim cum Marte nihil est commertij) consensu vnanimi totius Ecclesiæ Mansfeldensis, Vuigandus in patriam circa Michaëlis festum vocatur, vt illic ob decrepitam ætatem optimi pastoris, doctissimi & grauissimi viri, D. Martini Seligmanni Heilsbrunensis,

An. 154 *Vuigandus fit concionator in patria.*

sis, conciones sacras, loco eius pastoris haberet. Necessitate igitur illorum temporum vrgentissima & extrema coactus Vuigandus, ministerium docendi verbum Dei publicè subit, atq; à Superintendente Mansfeldensium Ecclesiarum, M. Ioanne Spangenbergio Theologo celeberrimo & doctissimo, cuius plurima vtilissima scripta, latina & germanica, publicis typis inuulgata, extant in ipsa Mansfeldensi æde sacra, publica & solenni actione, impositione nimirum manuum, & oratione ad Deum seria & ardenti, ordinatur, ac fuit quidem hæc ordinatio in eo quidem loco, Euangelica doctrina illic instaurata, & ab Antichristi Romani tenebris repurgata prima. In ea functione, fidem, diligentiam & industriam Ecclesiæ isti Vuigandus probauit. Nam conciones, pro munere ipsi diuinitùs concesso, methodo exacta, oratione pura & dilucida, ad populum habebat, & res necessarias, bonas & vtilissimas, benè & breuiter exponebat, ac semper ædificationis & communis pacis, quantum per Dei gratiam, salua religione & bonâ conscientiâ fieri poterit, rationem & curam habebat. Et quia Vuigando optimè cognitum erat, Scholas, esse ministerij Spiritus sancti, quasi pedissequas, ac seminaria Ecclesiæ & Reipub. ac veluti viuos & irriguos fontes, ex quibus doctrina syncera hauritur & discitur, non tantùm publicè concionabatur. Sed etiam promotioni Scholarum, priuatim, semper studebat. Cùm igitur mediocre otium ei esset in Schola Mansfeldensi, rogatus & instigatus à viris bonis, Dialectices præcepta & initia doctrinæ Physices, iuuentuti studiosæ proponebat. Excitatus quoque à Domino Superintendente, D. Ioanne Spangenbergio, refutationem Catechesios Moguntinæ, cuius Michaël iste Sidonius, qui postea Mersburgensis factus est Episcopus, autor esse ferebatur, suscepit, quę quidem refutatio latinè & germanicè Magdeburgi typis publicis edita est. Scripsit ibidem

Dictum Pauli Sperati: Prædica bona benè & breuiter, & sic laborabis vtiliter.

vtilem

vtilem & necessarium librum de neutralibus & medijs, aliquoties recusum. Item, Tractatum contra dogma impium, quod D. Georgius Maior ex inter religionis Augustanæ libro, ab inferis resuscitabat: Bona opera scilicet, ad salutem esse necessaria. Impossibile esse hominem sine bonis operibus saluari. Nullum hominem vnquam sine bonis operibus esse saluatum. Hominem esse sola fide iustum, sed non sola fide saluum. Hic Vuigandi liber D. Ioannis Æpini Theologi clarissimi scripto grauissimo, de iustificatione hominis peccatoris, coram Deo, adiunctus & publicè editus est in lucem. Erat autem Vuigandus Collega optimi viri, D. M. Michaëlis Cœlij, olim Præceptoris Appiani, excellentissimi Mathematici. Subscripsit autem hic Cœlius Schmalkaldicis Articulis, & opuscula germanica aliquot saluberrimarum doctrinarum plenissima, in publicum emisit.

Delectabatur etiam mirificè herbarum cognitione Vuigandus, cuius quidem studium Valerius Cordus, celebris medicus Vuitebergæ inter studiosos excitauerat, præsertim, cùm in montibus oppido Mansfeldt vicinis, non paucæ prestantes & salubres herbæ (vnde non immeritò à doctis, Valles Mannæ loci isti vocantur) nascerentur, ac gaudebat societate & cõsuetudine D. Georgij Æmilij popularis sui, poëtæ & Theologi eximij, qui sæpiùs Stolberga, vbi Ecclesiæ ἐπισκοπή, ipsi demandata erat, & parentum & amicorum gratiâ Mansfeldiam excurrebat. Is verò cùm & ipse quoq; pulcherrimas illas creaturas Dei, in quibus euidentissima & oculatissima, omnipotentiæ, sapientię & bonitatis diuinæ vestigia, elucent, amaret, magis etiam Vuigandum incitabat, & culturam horti ipsius, non parum adiuuabat, & herbis syluestribus medicis, & flosculis odoriferis exornabat.

Hoc tempore etiam Synodo Eislebianæ, contra Interimisticas & Adiaphoristicas actiones, celebratæ, Vuigandus *Vuigandus Synodo Eislebianæ interest.*

inter-

interfuit, & fornicatoribus cum Thaide Babylonica, ex Thaide Babylonica, ex mandato Dei contradixit.

Circa hoc tempus, Anno nimirum superabundantis gratiæ 1548. monstrosus partus & toti germaniæ pestilens, in lucem infelici sydere prodiit (INTERIM seu inter religionem Augustanam nominarunt) cum edicto Cæsareo, quo promulgatur certa quædam religionis formula seruanda. Interim donec vniuersali concilio coacto, religionis controuersiæ cognoscantur & tollantur. Conscriptus fuit autem liber Interim à Iulio Pflug, Episcopo Naumburgensi, viro aliàs eruditissimo, Michaële Helding suffraganeo, Episcopo Sydoniensi & Mersburgensi, & Ioanne Agricola Eislebio Antinomo. Quidam lenipedes & molligradi Theologi (quos Surius molles Confessionistas appellat) iudicârunt, admittendum esse hoc Cæsaris dictum & religionem Interimisticam accipiendam esse, ac aliquam seruitutem in rebus externis & adiaphoris ferendam: Sed quia, non tantùm, tum temporis, de linea veste, seu de rebus externis, actum est, sanior pars Theologorum Germaniæ (qui à Pontificijs, rigidi Confessionistæ vocantur, eò quòd illi contra Diabolum, & eius fidelem & iuratum ministrum Antichristum Romanum, & omnis generis hæreticos aperto campo, instructa acie, & quasi collatis signis, secundum Dei præceptum, sine vlla prosopolepsia dimicare ausint) inter quos præcipui fuerunt, Illyricus, Aquila, Æpinus, Gallus, Brentius, Medlerus, Morlinus, Vuestphalus, Iudex, & alij quidam sancti viri, sese collusoribus cum Antichristo Romano, fortiter in Domino opposuerunt, videbant enim neruos quodammodo sanæ doctrinæ succidi, si dogmatum explicatio talis, qualis in libro Interim tradebatur, approbaretur. Hisce veritatis cœlestis confessoribus, adiunxit se Vuigandus noster, cum alijs Mansfeldensium Ecclesiarum doctoribus, qui

in Synodo

in Synodo Eislebiana, contra Interimistas & Adiaphoristas tum pugnarunt, & postea etiam, priuatim & publicè, ore & scriptis, errores in libro Interimistico comprehensos, iuxta normam verbi diuini refutârunt & damnârunt.

Septennio elapso, cùm clarissimus vir, Dominus M. Nicolaus Gallus, Magdeburgensis Ecclesiæ Superintendens, Ratisbonam, ex qua vrbe tempore Interim, eiectus fuerat, ex pacto reuocaretur, nec posset retractare, id quod illic, discedens, sanctè receperat: Senatus Magdeburgensis, consentientibus Ministris verbi & Ecclesia tota, Vuigandum in Superintendentem, locumq; M. Nicolai Galli vocant. Refragantibus autem inclytis & generosis comitibus Mansfeldensibus & Ecclesia oppidi Mansfeld repugnante, qui Vuigandum apud se retinendum esse, iudicabant: Illustrissimus & optimus Princeps, ac Dominus, D. Vuolffgangus, Princeps Anhaltinus, Comes Ascaniæ, Dominus Seruestæ & Bernburgi, qui inter primos Confessores, corde & calamo, Augustanæ Confessioni subscripsit, optimeq; de regno Iesu Christi meritus est, alijq; magni nominis viri, apud prænominatos dominos Mansfeldicos scriptionibus & vrsionibus crebris efficiunt atq; obtinent, vt potestas D. Vuigando fieret, Magdeburgum commigrandi, id quod circa Michaëlis festum factum est. *Vuigandus sit Superintendẽs Magdeburgensis.*

Anno Domini 1553. cùm post solutam obsidionem, adhuc militum præsidium in vrbe commoraretur. Hic verò in controuersias grauissimas incidit, ac laboribus maximis penè oppressus fuit (quotidiè enim Vuigandus, vt nouitius Theologus cum esset φιλόπονος καὶ φιλομαθὴς homo multæ industriæ & magni laboris sese exercebat legendo, meditando, scribendo, concionando & potissimum disputando) sed cùm Deum propitium secum haberet, & esset adhuc iuuenis vir, vegeto corpore præditus, sese ita per Dei gratiam,

 in sua

in sua ista functione gessit, & fidelem atq; vtilem oper[am]
præstitit, vt verbi ministris, diligentiam, & acumen inge[nij]
illius approbantibus & admirantibus, charus, Ecclesiæ ve[rò]
ibidem salutaris esset, contra Canonicos, eo tempore Pa[pa-]
tum instaurare molientes, ac licentiosè instar Epicureor[um]
viuentes, intrepidum sese reprehensorem gerebat, nec ip[so-]
rum minis, & beluinis calumniarum atque conuitioru[m]
morsibus, à pio & sancto suo proposito, per gratiam D[ei]
absterreri sese patiebatur. Hac Vuigandi παῤῥησία effectu[m]
est, vt subinde plures Canonici, ad veritatem Euangelij co[n-]
uerterentur, ac postea iuxta Augustanam Confessione[m]
suos ritus & conciones sacras instituerent ac moderare[n-]
tur. Adiaphoristarum conatus, inclinantium sese ad Pap[a-]
tum, scriptis publicis, Vuigandus arguebat, & alios libell[os]
Ecclesiæ vtiles edebat. Imprimis verò historiam Ecclesiast[i-]
cam, omni studio & labore iuuabat. Nam in sua domo, op[e-]
ras illas, maximè regebat, & scribebat ipse cum optimo vir[o]
M. Matthæo Iudice, & alijs, id quod suo loco copiosiùs ex[-]
positum est: Fuerunt quidem aliquot Zoili, inter Pontificio[s]
Adiaphoristas & Caluinistas, Centurias istas Ecclesiastica[s]
arrodentes: Sed vnicum testimonium Ioannis Sturmij, isto[-]
rum maleferiatorum hominum calumnias & sinistra iudi[-]
cia facilè refutare potest: Sic autem Sturmius sua manu i[n]
primam Centuriam, rogatus hoc nomine, à Secretario Re[i-]
pub. Magdeburgensis D. Henrico Merkelio, scripsit: Magde[-]
burgensium labor, in conficienda historia Ecclesiastica, &
necessaria fuit, & nostra ætate vtilissimus. Quatuor in ea eg[o]
» virtutes esse sentio: veritatem, diligentiam, ordinem, persp[i-]
» cuitatem, quas cùm historicus assecutus est, nihil vide[o]
» quid illi deesse possit, si accedat sermonis latini puritas, &
» conueniens historiæ oratio. In summa omnes piè eruditi, &
verè timentes Deum, historiam illam Ecclesiasticam appro[-]
ban[t]

Idẽ Caluinus facit. Vide Epist. eius 117. pag. 212.

Sturmij iudicium de Eccles. histor. Magdeburg.

bant, quia vident, quasi ideam Ecclesiæ Christi, iuxta Centurias in ea contineri, quantum ad locum propagationem, persecutionem, tranquillitatem, doctrinam, hæreses, ceremonias, gubernationem, Schismata, Synodos, personas, miracula, martyria, religionem extra Ecclesiam, & statum imperij politicum, attinet. Sed de his apud lectores intelligentes nō opus est, esse verbosum, redeamus ad historiam. Cùm Vuigandus Theologus summa autoritate præditus, Magdeburgi Superintendentem ageret, primùm legati Ecclesiarum Saxonicarum, deinde etiam Megapolensis Ducis D. Ioannis Alberti (patris patriæ, Ecclesiæ Iesu Christi, nutritoris benignissimi, nec non constantis doctrinæ purioris, & omnium fidelium concionatorum & literatorum, assertoris & patroni præstantissimi, quem amplitudinis & honoris causâ nomino) publicæ concordiæ & tranquillitatis causa, ex Saxonia Vuitebergam versus ad Dominum Præceptorem Philippum missi sunt, Illyrico ob certas causas in vicino oppido Principis Vuolfgangi Anhaltini, &c. Cosubicii, quod Vuiteberga distat, duobus milliaribus, tum subsistente. Huic actioni Cosuicanæ nomine Ecclesiæ Magdeburgensis D. Vuigandus quoq; interfuit. An. 15. Ia Febr. 19. Nos

Nobilitas equestris in Diocœsi Magdeburgēsi D. Vuigandum, ob probitatem, doctrinam, eruditionē, fidem, candorem, animū paratum, ad suscipiendos ferēdosq; labores Ecclesiasticos, studium, diligentiamq; maximam, quærēdi cognoscēdiq; veritatem, & industriam explicandi singularem, ac zelū ardentē in propugnāda veritate cœlesti, cōtra omnis generis præstigiatores & hæreticos, admirabatur, diligebat, & mirificè venerabatur. Præcipui verò eius Mecœnates & patroni ierant D. Andreas Mejendorffius, & D. Ioachim⁹ Albēschlebius, viri nobilitate generis, virtute, doctrina & sapientia clari, religiosæq; pietatis & fideliū Christi ministrorum

ſemper amantiſſimi, in quorum gratiam, D. Vuigandus Confeſſionem de controuerſis noſtri ſeculi Articulis, Erphordiæ Anno 52. poſtea editam, conſcripſit. Inter concionatores & literatos Magdeburgi M. Iudicem habebat non tantùm in numero amicorum, ſed etiam ex omnibus amicis præcipuum atq; intimum, cum quo ſua conſilia communicare, & ipſius rationes atq; ſententias cognoſcere ſolebat. In ſumma inter Vuigandum & Iudicem talis neceſſitudo, & tantus familiaritatis vſus, contractus, confirmatusq; fuit, quo veriorem arctioremq; vix reperias.

Magdeburgi, ſeptennio penè, inter varias afflictones & moleſtias, quas iuuante Deo ſuſtinuit, elapſo (cum Eraſmus Sarcerius pateretur ſe à quibuſdam adduci, vt Eiſlebio, vbi erat Superintendens, relicto, Magdeburgam proficiſceretur, vbi quidem tantum quatuor concionibus habitis, extremam ſuam vitam claudit, cui funebrem concionem Vuigandus habet, quæ impreſſa extat) ab illuſtriſſimis principibus ac Dominis, Domino Ioanne Friderico II. Domino Ioanne Vuilhelmo, & Domino Ioanne Friderico III. ducibus Saxoniæ, Landgrauijs Thuringiæ & Marchionibus Miſniæ, &c. filijs Electoris Saxoniæ, Ioannis Friderici primi, nullam curam tunc non ſuſcipientibus, qua Academia Ienenſis fundata, ſolenni ritu inchoata, confirmataq; autoritate, ante annos circiter duos, auctior ornatiorque fieret: VVigandus in iſtam Academiam vocatur, vt ibi ſacrã Theologiam cum cæteris collegis profiteatur: paret autem huic vocationi VVigandus, propter cauſas non exiguas, & an. &c. Domini 1560. poſt paſcha, eò, cum Eccleſia ſua domeſtica commigrat. In ea quoq; functione, quia methodicè ſacras literas fideliter tradebat, gratus & vtiliſſimus erat piæ iuuentuti, quæ eum aſſiduiſſimè cum delectatione audiebat, ſed cum poſt diſputationem Vinarienſem, inter Illyricum & Victorinum

ctorinum Apostatam (cui ipse interfuit, & quam celeri calamo excepit, sicut postea disputatio ista ex VVigandi exemplari est impressa) D. Stosselius Vertumnus, sese inuocatus, in Ecclesiam Ienensem miris artibus insinuaret, atq; pro sua nota atq; infami volubilitate & inconstantia, ad Adiaphoristas, quos prius priuatim & publicè impugnarat & damnarat, sese inclinaret, eosq; flatu arrogantiæ turgens, sibi omnis adulationis genere, conciliare studeret, ac Victorinum Ecebolum, quem antea aliquoties condemnarat, tanquam Pelagianum, iterum, vt catholicum, absq; omni pœnitentia & reuocatione subuehere moliretur, vt ipse quoq; eo pacto, in altiorem locum ascenderet, & ad florentem politicorum amicitiam deuolaret. Tandem opera Stosselij effectum est, vt Illiricus, VVigandus, & Iudex, functionibus suis, contra omne ius diuinum & humanum exuerentur, ipseq; Stosselius solus, in illo theatro, cum suis manipularibus, ad tempus dominaretur, & velut Capricornus Thuringicus plurimas ouiculas, cornu suo feriret, & ex ouili Domini exturbare conaretur. Optabant quidem Aulici eruditiores, & professores nonnulli in ea Academia D. VVigandum propter methodicas prælectiones, quæ iuuentuti studiosæ proderant retinere posse, sed in eo rerum statu, existimabat VVigandus, exilium potius triste subeundum esse, quam consentiendum, in ea, quæ inuiolata religionis & conscientiæ bonæ sanctimonia, salua honestate & pietate, præstare non posset.

Vuigandus mauult cum Christo exulare, quàm illic esse unde Christus exulat.

Discedens igitur VVigandus Iena, aliquot menses Magdeburgi, cum sua familia cómmoratur, vbi Superintédens D. Tilemannus Heshusius, & Ecclesia ad S. Vlricum iterum eum recipere cupiebat, præsertim ibi adhuc vacante parrochia, ex qua antea discesserat. Sed Iureconsultus Franciscus Pfeil, Syndicus, & Sigefridus Saccus ludimoderator cum sua cohorte, id quod publici libri attestantur, manibus pedibúsque

que, quod dici solet, renituntur, atq; impediunt, ne VVigandus recipiatur: id quod sanè æquo animo ille ferebat, quia nunquam Magdeburgensi Ecclesiæ, eo quidem tempore, suam operam detulerat. Interea verò illustrissimi duces Megapolenses, Dominus Ioannes Albertus, Augustæ memoriæ, & Dominus Vlricus (M. Ioanne Fredero VVismariensis Ecclesiæ Superintendente fidelissimo, sancto Christi martyre, cum vxore & tribus liberis, non sine suspicione veneni An. 62. die 25. Ianuarij, vti publica scripta testantur, extincto) VVigandum literis accersiuerunt, atq; Superintendentis in Ecclesia VVismariensi, munus, in D. Frederi defuncti locum, eidem demandant, idq; factum est Anno Domini 1562. circa festum Michaëlis, nam 7. Octobris anni eiusdem VVismariæ concionem probatoriam, vt vulgò loquuntur, in æde Mariæ dicata, habuit, atq; deinde vnanimi venerandi ministerij suffragatione, & amplissimi senatus populique VVismariensis consensu Ecclesiæ nostræ & vicinarum inspectio & cura, laborq; rei Scholasticæ, more omnium Superintendentum ei demandata est. Eo verò in loco D. VVigandus, reliquias quasdam Cinglianorum & Anabaptistarum, quæ hic in vrbe nostra, altissimas radices egerant, ministerio verbi, autoritate, mandato & opera optimorum ducum Megapolensium extirpauit & expurgauit.

Iuigan- u fit uisma- e Super- tēdens.

VVismariæ etiam, concionando, disputando, sacras literas explicando, & consistorium celebrando, Ecclesiam & scholam ibidem ædificat, ornat, & celebriorem reddit, vt à quibusdam hominibus doctis schola nostra (quæ iuxta præscriptum legum D. VVigandi, consentiente & approbante amplissimo senatu nostro, penes quem vnum ius & patronatus scholæ est, tum regebatur) paruæ academiæ titulo insigniretur. In Ecclesia VVismariensi D. VVigandus vtilissimum Catechismi examen & recitationem eiusdem in templo

ctorinum Apostatam (cui ipse interfuit, & quam celeri calamo excepit, sicut postea disputatio ista ex VVigandi exemplari est impressa). D. Stosselius Vertumnus, sese inuocatus, in Ecclesiam Ienensem miris artibus insinuaret, atq; pro sua nota atq; infami volubilitate & inconstantia, ad Adiaphoristas, quos prius priuatim & publicè impugnarat & damnarat, sese inclinaret, eosq; flatu arrogantiæ turgens, sibi omnis adulationis genere, conciliare studeret, ac Victorinum Ecebolum, quem antea aliquoties condemnarat, tanquam Pelagianum, iterum, vt catholicum, absq; omni pœnitentia & reuocatione subuehere moliretur, vt ipse quoq; eo pacto, in altiorem locum ascenderet, & ad florentem politicorum amicitiam deuolaret. Tandem opera Stosselij effectum est, vt Illiricus, VVigandus, & Iudex, functionibus suis, contra omne ius diuinum & humanum exuerentur, ipseq; Stosselius solus, in illo theatro, cum suis manipularibus, ad tempus dominaretur, & velut Capricornus Thuringicus plurimas ouiculas, cornu suo feriret, & ex ouili Domini exturbare conaretur. Optabant quidem Aulici eruditiores, & professores nonnulli in ea Academia D. VVigandum propter methodicas prælectiones, quæ iuuentuti studiosæ proderant retinere posse, sed in eo rerum statu, existimabat VVigandus, exilium potius triste subeundum esse, quam consentiendum, in ea, quæ inuiolata religionis & conscientiæ bonæ sanctimonia, salua honestate & pietate, præstare non posset.

Vuigandus mauult cum Christo exulare, quàm illic esse vnde Christus exulat.

Discedens igitur VVigandus Iena, aliquot menses Magdeburgi, cum sua familia commoratur, vbi Superintēdens D. Tilemannus Heshusius, & Ecclesia ad S. Viricum iterum eum recipere cupiebat, præsertim ibi adhuc vacante parrochia, ex qua antea discesserat. Sed Iureconsultus Franciscus Pfeil, Syndicus, & Sigefridus Saccus ludimoderator cum sua cohorte, id quod publici libri attestantur, manibus pedibúsque

que, quod dici solet, renituntur, atq; impediunt, ne VVigandus recipiatur: id quod sanè æquo animo ille ferebat, quia nunquam Magdeburgensi Ecclesiæ, eo quidem tempore, suam operam detulerat. Interea verò illustrißimi duces Megapolenses, Dominus Ioannes Albertus, Augustæ memoriæ, & Dominus Vlricus (M. Ioanne Fredero VVismariensis Ecclesiæ Superintendente fidelissimo, sancto Christi martyre, cum vxore & tribus liberis, non sine suspicione veneni An. 62. die 25. Ianuarij, vti publica scripta testantur, extincto) VVigandum literis accersiuerunt, atq; Superintendentis in Ecclesia VVismariensi, munus, in D. Frederi defuncti locum, eidem demandant, idq; factum est Anno Domini 1562. circa festum Michaëlis, nam 7. Octobris anni eiusdem VVismariæ concionem probatoriam, vt vulgò loquuntur, in æde Mariæ dicata, habuit, atq; deinde vnanimi venerandi ministerij suffragatione, & amplissimi senatus populique VVismariensis consensu Ecclesiæ nostræ & vicinarum inspectio & cura, laborq; rei Scholasticæ, more omnium Superintendentum ei demandata est. Eo verò in loco D. VVigandus, reliquias quasdam Cinglianorum & Anabaptistarum, quæ hic in vrbe nostra, altißimas radices egerant, ministerio verbi, autoritate, mandato & opera optimorum ducum Megapolensium extirpauit & expurgauit.

Vuigandus fit Vuismariæ Superintendens.

VVismariæ etiam, concionando, disputando, sacras literas explicando, & consistorium celebrando, Ecclesiam & scholam ibidem ædificat, ornat, & celebriorem reddit, vt à quibusdam hominibus doctis schola nostra (quæ iuxta præscriptum legum D. VVigandi, consentiente & approbante amplissimo senatu nostro, penes quem vnum ius & patronatus scholæ est, tum regebatur) paruæ academiæ titulo insigniretur. In Ecclesia VVismariensi D. VVigandus vtilissimum Catechismi examen & recitationem eiusdem in

templo

ctorinum Apostatam (cui ipse interfuit, & quam celeri calamo excepit, sicut postea disputatio ista ex VVigandi exemplari est impressa) D. Stosselius Vertumnus, sese inuocatus, in Ecclesiam Ienensem miris artibus insinuaret, atq; pro sua nota atq; infami volubilitate & inconstantia, ad Adiaphoristas, quos prius priuatim & publicè impugnarat & damnarat, sese inclinaret, eosq; flatu arrogantiæ turgens, sibi omnis adulationis genere, conciliare studeret, ac Victorinum Ecebolum, quem antea aliquoties condemnarat, tanquam Pelagianum, iterum, vt catholicum, absq; omni pœnitentia & reuocatione subuehere moliretur, vt ipse quoq; eo pacto, in altiorem locum ascenderet, & ad florentem politicorum amicitiam deuolaret. Tandem opera Stosselij effectum est, vt Illiricus, VVigandus, & Iudex, functionibus suis, contra omne ius diuinum & humanum exuerentur, ipseq; Stosselius solus, in illo theatro, cum suis manipularibus, ad tempus dominaretur, & velut Capricornus Thuringicus plurimas ouiculas, cornu suo feriret, & ex ouili Domini exturbare conaretur. Optabant quidem Aulici eruditiores, & professores nonnulli in ea Academia D. VVigandum propter methodicas prælectiones, quæ iuuentuti studiosæ proderant retinere posse, sed in eo rerum statu, existimabat VVigandus, exilium potius triste subeundum esse, quam consentiendum, in ea, quæ inuiolata religionis & conscientiæ bonæ sanctimonia, salua honestate & pietate, præstare non posset.

Vuigandus mauult cum Christo exulare, quàm illic esse vnde Christus exulat.

Discedens igitur VVigandus Iena, aliquot menses Magdeburgi, cum sua familia cômmoratur, vbi Superintẽdens D. Tilemannus Heshusius, & Ecclesia ad S. Vlricum iterum eum recipere cupiebat, præsertim ibi adhuc vacante parrochia, ex qua antea discesserat. Sed Iureconsultus Franciscus Pfeil, Syndicus, & Sigefridus Saccus ludimoderator cum sua cohorte, id quod publici libri attestantur, manibus pedibúsque

que, quod dici solet, renituntur, atq; impediunt, ne VVigandus recipiatur: id quod sanè æquo animo ille ferebat, quia nunquam Magdeburgensi Ecclesiæ, eo quidem tempore, suam operam detulerat. Interea verò illustrißimi duces Megapolenses, Dominus Ioannes Albertus, Augustæ memoriæ, & Dominus Vlricus (M. Ioanne Fredero VVismariensis Ecclesiæ Superintendente fidelissimo, sancto Christi martyre, cum vxore & tribus liberis, non sine suspicione veneni An. 62. die 25. Ianuarij, vti publica scripta testantur, extincto) VVigandum literis accersiuerunt, atq; Superintendentis in Ecclesia VVismariensi, munus, in D. Frederi defuncti locum, eidem demandant, idq; factum est Anno Domini 1562. circa festum Michaëlis, nam 7. Octobris anni eiusdem VVismariæ concionem probatoriam, vt vulgò loquuntur, in æde Mariæ dicata, habuit, atq; deinde vnanimi venerandi ministerij suffragatione, & amplissimi senatus populique VVismariensis consensu Ecclesiæ nostræ & vicinarum inspectio & cura, laborq; rei Scholasticæ, more omnium Superintendentum ei demandata est. Eo verò in loco D. VVigandus, reliquias quasdam Cinglianorum & Anabaptistarum, quæ hic in vrbe nostra, altißimas radices egerant, ministerio verbi, autoritate, mandato & opera optimorum ducum Megapolensium extirpauit & expurgauit.

Vuigandus fit Vuismariæ Superintendens.

VVismariæ etiam, concionando, disputando, sacras literas explicando, & consistorium celebrando, Ecclesiam & scholam ibidem ædificat, ornat, & celebriorem reddit, vt à quibusdam hominibus doctis schola nostra (quæ iuxta præscriptum legum D. VVigandi, consentiente & approbante amplissimo senatu nostro, penes quem vnum ius & patronatus scholæ est, tum regebatur) paruæ academiæ titulo insigniretur. In Ecclesia VVismariensi D. VVigandus vtilissimum Catechismi examen & recitationem eiusdem in

templo publicam instituit, ita vt iam Dei beneficio pueri & virgines, 6. & 7. annorum capita pietatis Christianæ cum explicatione D. Lutheri Catechetica, memoriter recitare possint. Fuit etiam D. VVigandus concordiæ inter ministros verbi constituendæ & conseruandæ, studiosissimus, atq; in eum vsum articulos quosdam piæ coniunctionis, consentiente & approbante ministerio, composuit, quos singulos concionatores suæ manus subscriptione, antequam ad ministerium admittantur, acceptare oportet: Et quia mihi compertum est, alios quoq; concionatores, hos articulos toto pectore, amplexuros esse, vtpotè solidæ concordiæ firmum præsidium & munimentum, eosdem in fine orationis subiungam.

Ducatum Illustrissimorum principum ac ducum Megapolensium, ac ciuitatem Vuismariam imprimis D. VVigandus scriptione multorum vtilissimorum librorum, quos nulla ætas, Deo dante delebit, in toto terrarum orbe celebrari fecit. Nam VVismariæ autores centuriarum Ecclesiasticarum, septimam, octauam, nonam, decimam, vndecimam, duodecimam & decimamtertiam, centurias contexuerunt & ediderunt. Conscripsit & edidit VVismariæ VVigandus commentarios in 12. Prophetas Minores. VVismariæ quoq; D. VVigandus & D. Iudex collegerunt & ediderunt nobile corpus doctrinæ Veteris Testamenti, Reipublicæ & Ecclesiæ nostræ VVismariensi, cum alijs maritimis ciuitatibus, nuncupatum. Scripsit VVismariæ D. VVigandus & alios libros non paucos, quorum nomina infra, in catalogo recitabuntur.

Anno Domini 1563. in celeberrima Academia vrbis Rosarum gradus & insignia Doctoris Theologiæ, propter grauissimas quasdam causas, quas non opus est, hoc loco commemorare, accepit.

Porro,

Porro, cum D. Dauide Chytræo, cum M. Matthæo Iudice, cum D. Simone Pauli, M. Georgio Richio, M. Andrea Martini, M. Henrico Streuio, Casparo Leunculo, M. Valentino Schachtio, D. Conrado Beckero, D. Simone Musæo, M. Andrea Schoppio, alijsq; Theologis insignibus amanter & fraternè, in ducatu Megapolensi viuit, & in controuersijs quibusdam dijudicandis, ac visitandis Ecclesijs, operam suam cum alijs piè eruditis coniungit. Fuit & principibus Megapolensibus, propter eruditionem multiplicem, constantiam, candorem & ingenuitatem, in dicenda veritate, quam ab ipso semper, Deo ita gubernante & volente, benignè & clementer audiebant, gratus. De hac re memorabilem historiam, quam sæpius ex ore VVigandi audiui recitabo. Accidit aliquando vt post transactionem amicam, inter duces Megapolenses fratres, D. Ioannem Albertum, & D. Vlricum, ac vicinam vrbem Rostochium, D. VVigãdus, iussus, coram principe optimo, D. Ioanne Alberto, concionem legalem, pro ratione loci, temporis & personarum haberet, in qua de magistratus politici officio quædã moneret, & peccata magnorum dominorum grauissimè & neruosè, magna spiritus animi & vocis contentione, sine vlla prosopolepsia, iuxta mandatum omnipotentis Dei taxaret. Concione finita, venit quidam Doëgita aulicus, Iureconsultus (cuius nomen ob hoc eius Symbolum celebre est. Pluribus ipse viris dextram coniungo, benignè quos cupio vt Satanas subitò vehat ater in orcum) principi ad oculum seruire, & ad voluptatem aurium dicere, cupiens: Is ducem optimum sesquipedalibus verbis obtestatur, ne paphnutium VVigandum, ob concionem istam criminatoriam, in contemtum & contumeliam ordinarij magistratus præsentis, sine vlla fronte habitam impunè dimittat, sed ei imperet ne in posterum hoc modo concionaretur, si non velit in odium & indignationem principis incur-

Historia.

I. B. I. V. D.

Elegantiæ veteris Adami.

incurrere. Ibi pientissimus dux, reprehensionis Ecclesiasticæ, velut alter Theodosius, patientissimus, homini isti modicæ conscientiæ, (vt Baldus loquitur in l. ab Anastasio C. Manda.) respondit: Sibi D. VVigandi concionem, in qua loco & iussu Dei, domini dominantium, se & omnes magistratus politicos reprehendisset, mirum in modum probatam fuisse. Et se nunc magis amare VVigandum, quàm antea, ob ingenuum candorem, & pectus apertum, quod tanquam Saxo, ea, quæ in magistratu suo desideraret, non clam vel à tergo more aliorum lenipedum & molligradorum Theologorum, qui possint bellè dicere & ad voluntatem hominum loqui. Sed corâm, & in os, pro ratione officij sibi à Deo commissi, dicere auderet. Deinde vt delator iste, reipsa cognosceret, ducem optimum D. VVigando benè & clementer cupere, mandat eidem, vt statim, nomine principis, VVigando, pro pia concione habita, gratias agat, & eundem ad principis mensam, secum, adducat. Iureconsultus iste, premens alto tum corde dolorem, ducis mandatum exequitur, & VVigandum humanissimis verbis, venenato corde prolatis, ad prandium principis inuitatum, secum adducit. Ex hac narratione historiæ videre est, in quanta autoritate & honore D. VVigandus apud illustrissimum ducem Megapolensem, Dominum Ioannem Albertum fuerit. Apud illustrissimum nostrum Principem, ducem Vlricum, D. VVigandum, in magno pretio fuisse, vniuerso Megapolensi ducatui notissimum est. Patet etiam inde quod An. 66. in Maio, ad comitia Augustana cum ducissa nostra D. Elizabeta, florentissimæ memoriæ proficiscens, VVigandum nostrum & clarissimum virum D. Dauidem Chytræum, vt comites sui itineris & fideles Theologos, sibi adiunxerit, & à D. VVigando, in illa profectione, plurimas suauissimas conciones audiuerit, præterea Anno 83. princeps prænominatus, peculiaribus literis,

 ad VVi-

ad VVigandum ſcriptis, eidem denuo clementiſſimè defuncto M. Coruino, diſertiſſimo & fideliſſimo Theologo, munus Superintendentis, in Eccleſia VViſmarienſi obtulit. Hæc omnia fuerunt certiſſima & infallibilia clementis in principe, erga D. VVigandum voluntatis.

Cum verò D. VVigandus, VViſmariæ annuam etiam hebdomadam, hoc eſt, ſeptennium integrum compleuiſſet: ab illuſtriſſimo principe, duce Ioanne VVilhelmo, duce Saxoniæ, Landgrauio Thuringię, & Marchione Miſnię, optimi & præſtantiſſimi confeſſoris fidei, Ioannis Friderici Electoris optimo filio, iterum Ienam, fato quodam diuino, ad ſcholæ publicæ in Theologia inſtaurationem, vocatur. Nam Ioannes Stoſſelius, Ecbolus, ſuis vacillationibus, & conſuſurratione, cum impuris Doctoribus, Adiaphoriſtis & Caluiniſtis inquietis, alijsq; clandeſtinis machinationibus & fraudibus, Eccleſiam & Academiam turbârat, ac ſponte ſua cùm ad quædam capita annotata, coram Magiſtratu ordniario, reſpondere deberet, more leporum timens fortaſſe, ne cornua capricorni Thuringici, vepribus implicata, hærere cogerentur, in pedes ſe cõiecerat, atq; in clandeſtinorum Caluiniſtarum Vuitebergenſium caſtra profugus venerat, vbi liberius effuſis habenis, & lato quaſi campo, pijs maledicere & nocere poſſet. Diu autem Megapolenſes duces pro ſua eximia pietate recuſabant VVigandum dimittere, ſed tandem, cum toties literæ & legati mitterentur, principes noſtri conſenſerunt, vt ad vnum ſaltem annum VVigandus Ienam proficiſceretur, idq; factum eſt, paucis diebus, poſt ferias Michaëlis, Anno Chriſti Saluatoris 1568.

Eccleſia Vuiſmarienſis etiam ægerrimè in dimiſſionem ſui paſtoris fideliſſimi conſenſit: Nam cum VVigandus auditoribus ſuis valediceret, adhortans eos ad ſtudium pietatis, more chariſſimi parẽtis, & promittens reditum, vniuerſa

Eccleſia,

Ecclesia, multis lachrymis, amorem suum erga VVigandum testata est. Cum pij audirent Illustrissimum nostrum principem D. Vlricum, & senatum amplissimum annis superioribus, proprio tabellario, ea de causa, in Borussiam, ablegato, VVigandum repetere & reuocare ad officium Superintendentis: omnes gaudio exilierunt: vbi verò cognouerunt, eundem non posse à Prutenicis Ecclesijs dimoueri, in summum dolorem coniecti sunt. Verum Dominus Deus noluit vlterius, ob peccata nostra, VVigandum hîc commorari: Quã ægerrimè Vuismariensis Ecclesiæ ministri D. VVigandum dimiserint, quanto etiam cum amore complexi sint, & quàm difficulter sese Ienę teneri à duce Saxoniæ, Ioan. VVilhelmo passus sit, ex testimonio venerandi ministerij Vuismariensis, & ex D. VVigandi literis, in fine orationis subiunctis, lector pius discet.

Vinariam igitur, diu desideratus, adueniens VVigandus, mox altera die, vnà iubetur, cum alijs deputatis Theologis & politicis, ad colloquium Theologicum, quod Altenburgi in Misnia, sub ditione Ioannis VVilhelmi, ducis Saxoniæ indictum erat, cum Augusti Electoris Saxonici, Theologis habendum, proficisci. Ibi verò eam præstat operam, quam in actis, quæ extant, videre est. Nam latina scripta omnia, ex sua parte, Deo benè iuuante, composuit, ex quibus germanica exemplaria translata sunt, & reliquorum fratrum suorum collationes libenter audiuit. Quia verò mentio hîc fit colloquij Aldeburgensis, de occasione & fine istius, paulò longius, ob simpliciores pauca addam, principijs enim cognitis, multò facilius extrema intelligetis.

Cùm Interim Cæsareum in Germania maximis minis promulgaretur, nonnulli Theologi Vuitebergæ, Lipsiæ & alibi, tentabant quàm propè ad illud accedere, vt ingentem indignationem Romani Imperatoris, molestias omnes atq;

pericula, à se dimouere & effugere possent. Ex istis igitur interimisticis actionibus, pullulabant nouæ locutiones, & noua dogmata de libero arbitrio, de necessitate bonorum operum ad salutem & iustitiam, item hominem coram Deo in hac vita iustificari, imputatione, inceätione & consummatione. Item, Adiaphoristæ tentabant vt quædam Ceremoniç, antea abrogatæ, rursum in Ecclesiam reciperentur. Hæc meridiano Sole clariora esse, publicis libris ad oculum demonstrari potest. Legantur acta Synodica, Epistolæ Manlij, 1. Tomus scholæ Louaniensis pag. 369. Vuilhelmus Lindanus in sua panoplia pag. 132. Osius in libro de sectis, Andradius, Staphilus, Surius, Prateolus & alij. Imò ipsemet Caluinus in
17. 2. Epistolis, Philippo obijcit, quòd tempore Interim ad cedendum fuerit mollior, & nimis multa papistis concesserit: partim, quia laxarit, quæ verbo suo Dominus adstrinxerit, partim, quia proteruè, Euangelio insultandi materiam dederit. Ibidem Caluinus Philippo nolenti, scribere contra libellum Interim, obiecit: nimis ei charum esse atramentum, si ea literis testari dubitet, quæ tot ex medio grege martyres, quotidie sanguine suo obsignent. Negat etiam Caluinus, verum esse, quod Philippus clamaret: ob res minutas & friuolas dimicari, & tantùm de linea veste certamen esse. Contra asserit: Philippum crassioribus corruptelis manum dedisse, quæ apertè ad vitiandam totius doctrinæ puritatem, & labefactandum Ecclesiæ statum tendant, In Epist. 141. obijcit Philippo, quòd nimis philosophicè de libero arbitrio disputet. Prætérea Vuitebergenses Theologi malè audiebant, quòd cum Caluinistis clam sub pileo luderent, & non magis ingenuè profiterentur, sibi cum Ecclesijs Saxonicis, in re Sacramentaria, benè conuenire. Hæc res, cùm ad interitum patefactæ doctrinæ, ab Antichristi corruptelis & à Sacramentariorum fermento purgatæ, & ad ingens scandalum Ecclesiæ

Christi

Christi vergeret, aliquot verbi Dei ministri, iuxta normam verbi Diuini, & rationibus firmissimis fideliter inclinationi & vacillationi Adiaphoristarum resistebant. Verum quia res erat cœpta, non erat, quem pœniteret, quin potius plerique contra suos monitores excanduerunt, optimè dicta, in pessimam partem rapuerunt, ac vicissim conuicia rependerunt. Eò igitur diriguntur omnia, vt ij malè fecisse & grauiter peccasse putentur, qui de illicitis cessionibus ad pontificios & collusionibus cum Sacramentarijs monuerunt, atq; obtestati sunt, ne id fieret: & non illi qui repudiata & damnata dogmata ac cæremonias papisticas rursus suadebant recipi, quiq; Missalia & agendas papisticas denuo moliebantur in Ecclesias introducere, quamuis paulisper circumcisas & correctas: Imprimis verò, Synergiæ patroni & Maiorismi defensores, ac Caluinismi palliatores pugnam eam subinde resuscitarunt, aluerunt, & auxerunt, ita vt necesse fuerit, plures Ecclesias, suas de ijs rebus grauissimis censuras atque iudicia edere. Pluribus autem rationibus ac modis tentatum est, quomodo hisce dissensionibus & erroribus ingruentibus occurri posset: vtpote, primùm commonefactionibus, vt nimirum quidam aduersæ partis sese declararent. Verùm qui commonefacti sunt, subinde omnia fecerunt deteriora. Errores tutati sunt, & veluti apri sylueſtres in alios exeruerunt dentes, id quod publica scripta etiamnum testantur. Postea depositione quorundam pastorum, ab officijs Ecclesiasticis, ab aduersarijs res tentata est. Verùm neq; isthæc via feliciter successit. Nam confessio veritatis cœlestis, non patitur se opprimi. Tertiò ad legitimas synodos prouocatum est, & quidem multis obtestationibus eæ expetitæ sunt ab hac nostra parte, sed obtineri nihil prorsus potuit. Postremò, de colloquio instituendo, deliberationes habitæ sunt, vbi corâm, alter alterum audiret, id verò,

quomodo successerit, omnes pij attendant & considerent: Ducis Saxoniç Ioannis VVilhelmi Theologi, ad colloquium Altenburgense deputati, simplicem veritatem, simplici corde, & simplici oratione professi sunt, & corruptelas, annotatis certis fundamentis ex verbo Dei, confessione & Apologia Augustana & scriptis D. Lutheri redarguerunt. Nouum etiam dogma de necessitate præsentiæ bonorum operum, in articulo & actu iustificationis, ostensis 21. fundamentis, Dei beneficio improbarunt, & sophismata contraria refutarunt. Electorales verò Theologi corruptelas eis obiectas, partim excusarunt, partim defenderunt, ac palam ita se gesserunt, vt qui veritati, quam nostri Theologi proponerent nulla parte cedere vellent, indignum sua existimatione rati, si tanti Theologi, tam despectis, vt sibi persuadebant hominibus, aliquid largiri deberent. Deinde ad fundamenta veræ sententiæ, ne respondere quidem dignati sunt, sed despexerunt atq; irriserunt, quasi nullius ponderis essent. Eiusmodi halitu suo putarunt sese quælibet, quantumuis valida, prosternere & dissipare potuisse. Tertiò declamationibus existimarunt sese res omnes obruituros, quasi verborum nymbis, & auditores in verborum turbine, aut puluere, à veritatis cognitione, in suas voragines abrepturos. Nam eam simplicem collationis formam, quæ syllogismis & annotatis rationibus fieret, superciliosè exploserunt.

Quartò in horribili horribilium inuectiuarum licentia, omnem suam victoriam reposuerunt. Tandem cum reipsa experirentur Adiaphoristæ, sese errores suos non posse defendere, in priori articulo ipsis monstratos, & viderent prorsus ἀδύνατον εἶναι, πρὸς θεὸν ἐρίζειν, & animaduerterent, documenta, rerumq; probationes, etiam in reliquis articulis ab ipsis deprauatis, aduersus eos, in promptu esse, lucemq; veritatis metuerent: Præter omnem nostrorum Theologorum opinionem

nionem nõ consentiente illustrissimo principe duce Ioanne VVilhelmo, illic præsente, imò, ne quidem suorum politicorum consiliariorum, aut Electoris suffragatione, vti politici ipsorum sponte cõfessi sunt 9. Martij Anno 1569. Altenburgo discesserunt, colloquiumq; abruperũt. Si vsq; ad finem colloquij permansissent, deq; cœteris etiam articulis, nempe de libero arbitrio & adiaphoris, iuxta institutam & comprobatam rationem cõtulissent, procul dubio plures Vuitebergensium Antilutheranorum errores, & collusiones, cum Caluinistis, Ecclesię Dei, innotuissent. Hæc obiter, de colloquio Altenburgẽsi, ob sinistra quorundam, dę illo, hominũ iudicia, in gratiam eorum, qui veritatis amantes sunt, repetere volui.

Doctore VVigando, Ienam Altenburgo, Deo comite, redeunte, Superintendentis Ecclesiæ Ienensis, & professoris Theologiæ in Academia, munus ei impositum est. Postea, cum Superintendente Vinariensi M. Bartholomæo Rosino, quem D. VVigandus, propter singularem pietatem, eruditionem egregiam, & candorem apertum, magnifaciebat, Thuringicas Ecclesias & Scholas, dę mandato & consilio, Ducis Saxoniæ, D. Ioannis VVilhelmi, visitauit, instaurauit, emendauit, & à fermento Adiaphoristarum, Synergistarum, Maioristarum, & clandestinorum Caluinistarum repurgauit. Ecclesiam Ienensem, cum collega suo fidelissimo D. Timotheo Kirchnero optimo theologo, sanctis & neruosis concionibus piè & fideliter instituit. In schola propter Methodum, & grauissimarum rerũ explicationem perspicuam, ac disputationes eruditas, quas sæpissimè, me etiam aliquoties per Dei gratiam, respondentis vicem sustinente, habuit, charus fuit studiosæ iuuentuti & vtilis.

Anno post natum Christum 1570. cum duce Ioanne VVilhelmo, apud quem D. VVigandus, semper fuit in summa gratia & autoritate, à quo etiam plurimis beneficijs & mune-

muneribus, principe clementissimo & pientissimo, dignis, sæpius affectus est, ad comitia Spirensia abijt. Vbi Spirâ domum redijt, magna gratulatione exceptus est ab Academia, ab Ecclesiæ ministris, deniquè à bonis omnibus. VVigandus iterum docendi munere suscepto, plurimos libros sacros in Academia & Ecclesia interpretatus est. Quantâ autem doctrinâ, fide & accurata diligentia hoc præstiterit, publica eius monumenta testantur. Sed quinq; annis propemodum exactis, ita, vt hisce quinq;, illis primis duobus, quibus Anno 1560. Ienam est profectus, additis, septenarius, & in hoc loco numerus adimpleretur, hisce, inquimus, exactis, ecce, à quibusdam efficitur, vt Regionum (quas tenebat dux Ioannes VVilhelmus, quæq; ei à Cæsare Maximiliano II. post Gothanæ arcis expugnationem, & captiuitatem fratris, Ioannis Friderici II. traditæ erant) diuisio, cum filijs captiui principis tentaretur: paulò post igitur, mœroribus scilicet animi confectus optimus & sanctissimus princeps, ex hac miserrima lachrymarum valle, in cœlestem patriam emigrat. Antea verò, testamentum condidit, in quo de vltima sua voluntate, literis solenniter, & legitimè mandata, testatus est, eiq; manu propria subscripsit, ac testamenti sui executores nominauit. In illo non tantùm de caducis rebus, more filiorum huius seculi egit: Verum vt pium, & primarium Ecclesiæ nutritorem, ac virum principem decet, de fide ac religione sua, in qua vitam hanc finire, & ad Filij Dei tribunal accedere velit, est contestatus. Iniunxit etiam filijs, vt in eadem fide & religione, per Dei gratiam manerent. Hoc præstantissimi principis sacrosanctum testamentum, post mortem, velut inofficiosum, in dubium vocatum est (præsertim in causis fidei, animæ salutem concernentibus: nam de rebus politicis hic nihil dico, nec mei etiam est officij, de illis iudicare.) Nam Augustus Saxoniæ Elector, testamentarijs, quos ipse princeps

ante

ante mortem nominarat, & constituerat repudiatis, cum Electore Palatino & Brandenburgico, curam relictorum liberorum D. Iohannis Vuilhelmi, sibi vendicauit. Missis itaq; legatis Ienam, Iureconsultus D. Laurentius Lindemannus, qui in excutiendis ministris verbi Dei non paucis, operam suam antea quoq; locauerat: fidelissimo Iesu Christi seruo, D. Vuigando etiam, nomine Electoris, iubet à functione sua Ecclesiastica & scholastica abstinere & intra quatriduum ex Territorio Ducum Saxoniæ discedere, quod nisi fiat, diras (more illorum hominum, fideles Ecclesiæ Dei doctores, nouercali odio prosequentium) spirat minas. Eadem quoq; D. Tilemanno Heshusio, tùm Professori Ienensis Academiæ, & collegæ D. Vuigandi denunciantur. Discessit itaq; ex Thuringia, cum familia sua, cui & ego tum intereram, in exilium, Anno partæ salutis 1573. magno cum dolore & gemitu studiosorū & bonorum omnium, quibus gratus, charus & venerandus fuit, cùm ob eximias virtutes, præstans ingenium & doctrinam singularem, tum etiam ob morum facilitatem, summamq; concordiam, quam cum omnibus bonis, cum professoribus, cum concionatoribus, studiosis, cum senatu & ciuibus, vsq; ad aram, semper sanctissimè & obstinatissimè coluit & conseruauit. Profectus est autem Brunsuigam nobilissimam & celeberrimam Saxoniæ inferioris vrbem, idq; Ducis Brunsuicensis consilio & consensu, qui eum clementia quadam singulari prosequebatur, imò & honestis etiam muneribus, tanto Principe dignis, Vvulferbyti concionantem condecorabat. Brunsuigæ cum clarissimo viro D. Martino Chemnitio Superintendente, præceptore meo charissimo, cum M. Ioanne Regio, veteri suo amico, & reliquis verbi ministris in summa coniunctione & familiaritate vixit.

Circa festum Michaëlis Deo sic regente, & disponente,

F D. Vui-

D. Vuigandus de consilio Theologorum, & statuum Brutanicorum in Academiam Regiomontanam binis literis ab ipso Principe Alberto Friderico subscriptis ad sacram Theologiam tradendum vocatur, cui quidem vocationi vtpote diuinæ & ordinariæ obtemperans, cum familia se in Borussiam confert, meq; itineris sui comitem adsciuit.

1573.

Biennium ita quidem Regiomonti vixit, vt operam suam, fidem, modestiam, lectionibus, disputationibus, & interdum concionibus habendis omnibus pijs probaret. Tandem verò communibus suffragijs cõsiliariorum omniumq; statuum, totius prouinciæ Brutenicæ, ne vno quidem, homine pio contradicente vel repugnante Episcopus Pomezaniensis (cùm quidem ipse eam functionem arduam & laboriosissimam non ambiret) eligitur, confirmatur & proclamatur. Itaq; post festum S. Angelis dicatum Anno Domini 1575. in oppidum Libemolem, vbi est Episcopalis sedes cum domesticis proficiscitur. In hoc Episcopatu amplissimo & molestissimo Vuigandus diuina gratia aspirante ea præstitit, quæ pium fidelem & Euangelicum Episcopum decent: concionatus est, legit quædam priuatim, edidit dogmatica & polemica scripta non pauca, visitauit Ecclesias in consistorio Episcopali, controuersias Ecclesiasticas & matrimoniales sine longiori processu iuridico, à quo natura semper abhorrebat, diremit, & quæ quotidiè offerebantur, expediuit: ministros verbi examinauit & ordinauit, ac duodecim ferè annos, clementissimæ gubernationi & arbitrio Dei, se semper committens atq; commendans, hanc functionem per Dei gratiam sustinuit. Notum verò est vtrumq; fidelibus verbi Dei ministris incumbere, vt & sint διδακτοὶ & valeant τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. In vtroq; igitur quanto studio & zelo, quanta assiduitate & fide, per gratiam Spiritus sancti D. Vuigandus laborarit, monumenta eius publica, quorum catalogum

Vuig. Episco. in Bo-ru.

gum

gum sub finem huius narrationis historicæ subiungemus, testatum faciunt. Nunc saltem de ipsius laboribus Ecclesiasticis & certaminibus cum hæreticis, breuiter quædam indicabo, ne prolixitas orationis, quæ quidem præter omnem meam voluntatem longius progressa est, molestiam ac tedium auditoribus beneuolis afferat.

Pontificiorũ errores multiplices crassos & impios ostendit ac refutauit, voce viua, & scriptis publicis. Imprimis verò in confutatione Catechismi Sidonij laruati Episcopi. Item in libro eruditissimo contra Iesuitarum Catechismum à D. Canisio editum, in quo præcipui Papisticæ religionis errores, perspicuè, grauiter, eruditè & neruosè ex verbo Dei refelluntur. Item in Synopsi Antichristi Romani Spiritu oris Christi reuelati.

Adiaphoristarum & Interimistarum erroribus, machinationibus & imposturis multiplicibus sese ex fundamentis sacræ scripturæ cum alijs fidelibus Christi ministris opposuit, & scriptis varijs eosdem commonefecit & redarguit.

Doctoris Georgij Maioris præstigias de bonis operibus ad salutem necessarijs aliquoties refutauit, ac fallacias ipsius ad alios simpliciores fascinandos comparatas, detexit & demonstrauit, hominem sola fide in Iesum Christum iustificari & saluari.

Publico etiam libello refutauit & hanc Maioristarum quorundam falsam propositionem, qua asseruerunt, bona opera retinere salutem, vel ad retinendam salutem esse necessaria: Cõtra verò ostendit multis verbi diuini testimoniis, hanc propositionẽ, verissimã esse: Dei misericordia, potentia & fide, iustitiam & salutem in renatis retineri. Nulla enim res inferior præstantiorem conseruare potest: Sed contra, Res superior à præstantiori conseruatur. Fides, Spiritus sanctus & salus æterna sunt, res omnium diuinissimæ &

longè præſtantiſſimæ: Non igitur hæc à miſeris & contaminatis noſtris operibus, conſeruantur, ſed iſta potius, qualiacunq; ſunt, ſi non ab illis conſeruarentur, prorſus nulla in nobis eſſent. Nequaquam igitur bona opera φιλακτικὸν αἴτιον noſtræ ſalutis eſſe poſſunt, ſed potius φυλαττόμενον, vt D. Speccerus in ſua diſputatione contra Maioriſtas grauiſſimè oſtendit.

Argentinæ habita An. 69. 3. et 4. Non. Julij. Vide postil. Doct. Maioris Dominic. Septuag. Itē, Dominica. Innocauit. Vide Lutherū ſuper Epiſtol. in Natiuit. Chriſti, poſtil. Eccleſiaſt.

Vuitebergenſis etiam Catecheſeos Caluiniſticæ multiplices & impios errores, publicis ſcriptis iuxta Dei verbum refutauit & damnauit. Oppugnauit etiam & falſam eſſe hanc Maioriſtarum propoſitionem, oſtendit, quando docent Hominem peccatorem in hac vita iuſtum eſſe imputatione inchoatione & conſummatione. Docuit verò Vuigandus cum Luthero iuxta verbum Dei: Sicut Chriſtus ſemel perfectè & plenariè ſua redemptione iuſtitiam conſummatam, & omnibus numeris abſolutiſſimam nobis meruit: Ita eandem plenariè, perfectè & integrè ſemel homini applicari fide: & diſtinguendum eſſe inter iuſtitiam imputatiuam & inter iuſtitiam bonorum operum, ſicut inter cauſam & effectum ſeu inter iuſtificationem & ſanctificationem, &c.

Refutauit etiam blaſphemiam execrandam Caluiniſtarum, aſſerentium, Chriſtum habere triplex corpus.

I. Corpus proprium, de virginis Mariæ corpore ſumptum, ſemel creatum, habens formam humani corporis naturalem, oſſa, venas, neruos, quod vno tantùm loco contineatur, videlicet in cœlo.

II. Corpus myſticum ſeu improprium, expers capitis carnis & ſanguinis, quod detur in ſacra Cœna.

Hanc diſtinctionem ponit Beza cum autore Anonymo Dialectici 2. Tom. operum pag. 52. 53. &c.

III. Docent, Chriſtum, ſuo naturali corpore, in cœlo re-

liſto

licto, corpus nouum sibi formasse, quando Paulo apparuerit, vt Zanchus scribit, lib. 2. de natura Dei cap. 6. P. Martyr ait, Paulo, non ipsum Christum, in suo vero corpore, sed visibile quoddam idolum & phantasma Christi, ipsi oblatum fuisse.

Ita Cinglius in institut: asserit, Christum habere duplicem carnem: alteram quæ in mortem pro nobis tradita & sublata sit in cœlos, vbi maneat: Alteram, quam in memoriam veræ Christi carnis, manducemus, in sacra Cœna.

Contra has blasphemias, D. Vuigandus docuit, Christum habere vnum tantùm corpus, ex virgine Maria assumptum, & pro nobis in mortem traditum, quod in Cœna Dominica accipiamus. Damnauit etiam D. Vuigandus, Martyris, Bezæ & aliorum Caluinistarum opinionem impiam, qua docent: Deum vniuersa sua omnipotentia, nō posse efficere, vt verum humanū corpus, non tantùm alterius cuiuspiam hominis, sed ne ipsius quidem Filij Dei corpus, salua substantiæ & naturæ ipsius veritate, possit simul & semel, in pluribus, quàm in vno tantùm loco esse. Damnauit etiam D. Vuigandus, publicis libris, falsam opinionem quorundam contendentium, Filium Dei, non alia ratione genitum esse, à Patre, quàm ex cogitata imagine sui ipsius, quod nimirum Deus Pater seipsum contemplatus sit, & cōtemplando imaginem, de se abstraxerit, illiq; imagini essentiam suam donauerit.

Antinomorum furiosa dogmata, quòd lex non arguat incredulitatem in Christum, Item, Euangelion propriè loquendo esse concionem pœnitentiæ, contra præstigias Pauli Crellij & Christophori Pezelij apostatæ & Caluinistæ impudentissimi & versutissimi, refutauit. Docuit autem D. Vuigandus & multis rationibus firmissimis euicit: arguere nimirum peccata seu concionari pœnitentiam esse proprium

Legis, & non Euangelij propriè sic dicti, vt liber eius de Antinomia testatur.

Refutauit etiam recentiorum Antinomorum erroneam opinionem, qua tertium vsum Legis diuinæ sustulerunt, negantes: Legem renatis esse normam faciendi bona opera, vt liber eius de tertio legis vsu ostendit. Docuit autem Vigandus publicis libris, veram & rectam esse sententiam: Legem Dei, renatis per fidem in Christum esse normam seu regulam bonorum operum, quia scriptum sit: In præceptis meis ambulate. Item: Lucerna pedibus meis verbum tuum, &c. Item quia Paulus renatus non tantùm dicat: Consentio legi, quoniam bona est, sed insuper addat: Condelector legi Dei, secundum interiorem hominem. Item: Egó ipse mente seruio legi Dei, &c.

Grauissimè etiam Vuigandus refutauit, quorundam Theologorum in Borussia nouam, impiam, periculosam, & erroneam opinionem contendentium: Humanam Christi naturam, in abstracto, esse omnipotentem, viuificam & adorandam, sicut libri eius, hac de re, germanico & latino idiomate conscripti extant, qui à nullo pio, erudito Theologo hactenus improbari, nedum refutari, ex verbo Dei potuerunt.

Sacramentariorum Cinglianorum & Caluinistarum, veterum & recentiorum impiam & blasphemam hæresin, qua asserunt in actione Cœnæ sacræ, hîc in terris administratæ, tantùm signa, & sola externa symbola ore communicantium accipi: ipsam verò substantiam corporis & sanguinis Christi, ab illa actione longiùs, quàm cœlum à terra distare (hæc enim sunt Caluini, Bezæ & Danæi verba) toto pectore ex verbo Dei dānauit, ac refutauit, vt ex argumētis Sacramentariorum, ab ipso confutatis, & toto cōtextu libri, de Sacramentarijsmo, alijsq; eius libellis apparet. Demonstrauit

uit autem Vuigandus ex verbis Testamenti Filij Dei, veracis & omnipotentis, in Coena Dominica, adesse, exhiberi, & ore communicantium accipi, non tantùm panem & vinum, sed simul etiam corpus Christi præsens, quod pro nobis traditum est, & sanguinem Christi præsentem, qui pro nobis effusus est. Ostendit etiam Vuigandus publicis libris, Caluinistas, præcipuos doctrinæ Christianæ Articulos, deprauasse: id quod nos etiam in tribus Theologiæ Caluinistarum libris propediem in lucem, Deo benè iuuante, prodituris, ad oculum ex Sacramentariorum plus quàm ducentis scriptis, proprijs eorum verbis recitatis, demonstrauimus.

Anabaptisticis deliramentis, rectæ sententiæ fundamentis ex verbo Dei monstratis, contradixit, vt ex refutatione Anabaptismi videre est.

Synergistarum errorem affirmantium, aliquam esse voluntatis naturalis, seu, vt ea procreata ex matre, in appræhendendo verbum Dei, actionem solidis sacræ scripturæ fundamentis retudit, vt libri eius de libero arbitrio hominis, de imagine Dei & de Synergia contra D. Paulum Gellium attestantur.

Manichæis quoq; rabiosè contendentibus, peccatum originis esse ipsam hominis substantiam, scriptis non paucis, in lucem editis, licèt multa ab ipsis conuiciorum plaustra reportârit, sese opposuit. Instituit contra eosdem, sicut & aduersus Maioristas, in Academia Ienensi me respondente publicas & solennes disputationes. Contra Sacramentarios etiam in Regiomontana Academia Brutenorum easdem satis quidem solennes & frequentes, me similiter aliquoties respondentis officio fungente, habuit.

Seruetianos Antitrinitarios seu nouos Arrianos in Transsyluania, minori Polonia Lethuania, Borussia & alibi, mysterium sacrosanctæ Trinitatis, & diuinitatem Filij

Filij Domini nostri Iesu Christi oppugnantes (qui quidem pleriq; ex schola Caluinistarum tanquam ex equo Troiano, prodierunt, ipsomet Adamo Nusero Caluinista testante) aliquot publicis scriptis, ex sacra Scriptura refutauit, sicut Vuigandi liber de Deo testatur. Hunc librum tanti fecerunt Aduersarij nostri Caluinistæ, vt non veriti sint inde solutiones, ad Arianorum argumenta, à Vuigando contextas, transscribere & responsiones eius pias, modestas ac doctas, in publicis scriptis, appellare, vt Iosiæ Simleri liber tertius de Filio
pag. 250. Dei testatur. Reliqui Vuigandi libri contra Antitrinitarios Ecclesiæ Dei noti sunt.

Osiandristarum etiam blasphemam doctrinam negantium remissionem peccatorũ esse nostram iustitiam: negantium mortem & obedientiam Christi, nostrã iustitiam esse: negantium nos imputatione esse iustos: Sed contendentium essentiali iustitia Dei nos iustificari corã Deo, hoc est ipsa diuina essentia in nobis habitãte, & ad iustitię opera impellente eruditis & publicis scriptis dãnauit: vt Osiandrismus à D. Vuigando cõscriptus, & per M. Andream Coruinũ, Vuismariensis diœcesios, Superintendentem, publicatus, testatur.

Aduersus blasphemam & fanaticam Stancaristarum doctrinam, asseuerantium, Iesum Christum esse mediatorem nostrum, secundum humanam naturam tantùm, non autem, secundum diuinam, eruditissimas & grauissimas refutationes in lucem emisit, vt Stancarismus Vuigandi testatur.

Refutauit etiam falsam quorundam falsorum doctorum propositionem, qua asseruerunt: Bona opera in actu iustificationis esse necessaria, necessitate præsentiæ, & ostendit, hominem iustificari sola fide, absq; operibus, & ante omnia opera Legis diuinæ. Ostendit etiam Vuigandus, manifestam esse corruptelam doctrinæ Pauli, quòd quidam Maiorista conten-

contenderunt, particulis exclusiuis, tantùm excludi apud Paulum, causam efficientem, dignitatem, fiduciam, meritum, precium, præsumtionem, gloriationem, non autem præsentiæ operum in actu iustificationis necessitatem: Nam si hæc corruptela consisteret, falsum esset, quod Paulus toties vrget & inculcat: Hominem iustificari sola fide, absq; operibus Legis. Quod enim ad rem aliquam necessariò requiritur, sine eo existere res non potest. Nec possunt opera prorsus ab omni causa iustificationis excludi, si necessariò sunt præsentia in articulo seu actu iustificationis: Necessitas enim aliquam requirit causam. Hinc D. Lutherus præclarè contra omnes Legistas seu Operistas, hanc propositionem defendit: fides nisi sit sine omnibus, etiam minimis operibus, non iustificat, imò non est fides.

Reiecit etiam Vuigandus ex præscripto verbi diuini pro- *In lib.*
positionem Theodori Bezæ Sacramentarij nobilissimi, qua *dicato*
astruit: Bona opera esse necessaria ad salutem, non tamen, vt *ach.*
salutis causam, sed vt quiddam, cum vera fide, necessariò co- *me.1.*
hærens: seu, quod idem est: Bona opera necessaria esse ad iu- *mo pa*
stificationem, tanquam effectus seu fructus necessariò se- *689.*
quentes.

Nullum autem est dubium, Bezam, contra suam conscientiam, tantùm in gratiam Antilutheranorum Vuitebergensium, D. Maioris propositioni patrocinari. Nam in communi Sacramentariorum confessione, cui & Beza subscri- *pag. 2*
psit, expressè D. Maioris propositiones damnantur. Imò in 1. *23.*
Tom. operum, Beza Maiorismum condemnat. Vuigandus *pag. 1.*
ostendit contrà Bezam, & omnes Maioris patronos, propositionem istam: Bona opera esse necessaria ad salutem, neq; κατὰ τὸ ῥητὸν, neq; κατὰ τὴν διάνοιαν, veram esse: Non enim effectus, ad constituendam causam, sed causa ad constituendum effectum, necessariò requiritur.

g. in osit. Chri na. lther. Apolo- sua. acra- aris- p. 19. &c.

Grauissimè etiam D. Vuigandus, blasphemam doctrinam Erasmi Roterodami, Thameri, Cinglij & Rodolphi Gualtheri, reiecit, quòd docuerunt, Ethnicos ciuiliter bonos, sine Euangelij vocatione, & sine fide in Christũ saluatos esse. Hic foedus & perniciosus error, meritò à D. Vuigando damnatus est: Nam disertè pugnat cum verbo Dei, Ioan. 3. Qui credit in Filium, habet vitam æternam. Qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Marci 16. Qui non crediderit, condemnabitur. Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum DEVM verum, & quem misisti IESVM CHRISTVM. Rom. 10. Quomodo credent ei, de quo non audiuerunt? Paulus certè 1. Corinth. 5. comminatur iudicium Dei etiam Ethnicis non credentibus in Christum, quando inquit, Deus iudicabit, qui foris sunt, &c.

. G. 5. nch. iscel. .271.

Damnauit etiam D. Vuigandus ingentẽ furorẽ (vt profugi Vuitebergenses, Crucigerus, Petzelius, & manipulares eorum rectè appellant, in propositionibus suis de conuersione, proposit. 56.) Caluinistarũ, Zanchi, Bezæ, Musculi, Dasani, & aliorum Caluinistarum, in Harmonia sua, contendentium: Renatos etiamsi contra conscientiam, quid designent, non tamen amittere penitùs fidem, neq; gratiam Dei, neq; excutere Spiritum sanctum: Disertè enim docent, Dauidem ruentem in adulterium, Petrum abnegantem Christum, Thomam lapsum in incredulitatem, Spiram in desperationem, nihilominus retinuisse fidem & Spiritum sanctum. Hic error Caluinistarum, cum manifestis sacræ scripturæ dictis & exemplis pugnat. Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Galat. 5. dicit Paulus: Indulgentes peccatis contra conscientiam, non futuros esse hæredes regni Dei. Petrus ait: Si cùm effugerint contaminationes mundi, per agnitionem Domini nostri Iesu Christi, his rursus implicantur,

plicantur,

plicantur, fiunt eis nouissima deteriora prioribus. Apoc.2. Memor esto vnde lapsus sis, & pœnitentiam age. Adam & Eua peccantes amiserunt Dei gratiam. Saul à Deo auulsus, in æternum ruit exitium. Si Aaron, Dauid, Petrus, Thomas & alij, non fuissent rursus ad Deum conuersi, sine vlla dubitatione, de salute eorum prorsus actum fuisset.

Damnauit etiam Vuigandus Caluinistarum blasphemiam, qua impiè & in Christi meritum contumeliosè statuunt, Christi sanguinem tantùm pro Electis essusum, seu Christum tantùm pro Electis crucifixum esse. *Beza 1. To. oper. Zanch. in Misc. pag. 271.3.4.*

Hæc assertio Sacramentariorum simpliciter falsa est: Est enim Christus agnus Dei, tollens peccata mundi. Item Christus est propitiatio pro peccatis, non nostris tantùm, sed pro totius mundi peccatis. 1. Tim.2. Dedit se ipsum redemptionem pro omnibus hominibus. 2.Cor.5. Vnus pro omnibus mortuus est. Ioan.6. Carnem meam dabo pro mundi vita. Paulus expressè dicit, Christum etiam pro illis, qui pereunt, mortuum esse. Rom.14. Ne esca perdas illum, pro quo Christus mortuus est. 1.Cor.8. Et ita infirmus frater, pro quo Christus mortuus est, perit propter tuam scientiam. *In Colloq. Mompel. pag.547. 1. Joan. 1. 1. Joan. 2. 1. Cor. 8.*

Damnauit etiam Vuigandus opinionẽ Enthusiasticam, Martini Buceri, Hieronymi Zanchi, & similium Caluinistarum, qui negant, per verbum & Sacramenta, tanquam per instrumenta donari Spiritum sanctum, &c. *Bucerus in 6. cap. Joan. Zanchius in Miscel p.15.*

Damnauit etiam Vuigandus, Caluini, Martyris, Bezæ & aliorum Sacramentariorum impium & diabolicũ errorem, quo asserunt, Deum peccatum primorum parentum, quodammodo voluisse, ac eius quadantenus esse autorem. Item, Non solo Dei permissu, sed arcano Dei consilio, Adamum peccasse, & lapsum Adæ non fortuitum fuisse, sed occulto Dei decreto ordinatum, Caluinus de occulta prouidentia. *Martyr super Rom. pag. 442.403.*

pag.22.59 Ita Martyr in 1.lib.Sam.cap.2.ait: Deum verò Adamum voluisse cadere, dubitari non potest, alioqui non cecidisset. pag.52.53. Eandem blasphemiam Martyr repetit, in cap.3. lib.Iudicum vbi asserit, Deum quoquomodo velle peccata, & Deum quoquomodo, peccati causam dici posse.

Contra hanc blasphemam & plusquàm Ethnicam Caluinistarum opinionem, D. Vuigandus, imò etiam Philippus cum vniuersa Ecclesia Iesu Christi, hoc axioma defendit Deum non esse causam peccati, nec velle peccatum, nec approbare peccatum, nec impellere ad peccandum: sed primi peccati causam esse liberam voluntatem Diaboli & primorum parentum, qui liberè & sua sponte se auerterunt à Deo &c. Deut.32. Deus noster absq; vlla iniquitate rectus & iustus est. Joan.8. Diabolus homicida est ab initio, & in veritate non stetit. Cùm mēdacium loquitur, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater mendacij. Rom.5. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum. Psal.5. Non Deus volens iniquitatem, tu es. Ex his verbi Dei testimonijs patet, Deum non esse causam peccati, sicut Sacramentarij docent, & reprehendunt Platonem, affirmantem, poëtas ex Repub. sua eijciendos esse, qui statuant, Deúm esse causam peccati. Sententia Platonis, in Ethicis à Philippo recitatur. Martyr. in 2. lib. Sam.pag. 283.b.

Damnauit etiam D. Vuigandus Caluinistarum impiam opinionem, docentium, Deum non seriò, sed aliquo saltem modò velle homines saluari, vt Martyr affirmat, in 2. lib Sam.pag.283.b. Item, Deum, quosdam homines, non efficaciter, sed vtcunq; vocare. Item, Deum, quoad arcanam voluntatem, non omnes homines seriò ad se vocare. Zanchus in Miscel. pag.292. Martyr super Rom.fol. 391.

In 1.part. probl. fol.85. Aretius facit tria genera hominum prædestinatorū. 1. asserit quosdam homines seriò esse electos à Deo, ad vitā æternā 2. affirmat, quosdam esse à Deo seriò, ad æternam damnatio

nem

nem prædestinatos. 3. addit, quosdam esse medios, de quibus liquidò non cõstet, vtrum damnari, an verò saluari debeant.

Martyr. super Rom. asserit, Deum aliqua omittere, quæ faciant ad nostram salutem. Item, Deum, non ex æquo, suam gratiam, omnibus proponere. Item, innumerabiles pueros, baptizari, qui tamen nunquam regenerentur. Item de infantibus baptizatis, certo dici non posse, quòd sint regenerati: tametsi de ea re benè sit sperandum. Hanc Sacramentariorum Theologiam impiam, blasphemam & incertam, quæ pios homines de salute dubios efficit, & afflictis conscientijs omnem spem & consolationem penitus adimit, D. Vuigandus ex verbo Dei damnauit, & grauissimis rationibus ostendit, Deum seriò homines ad se vocare, & credentes in Christum, prædestinatos esse ad vitam æternam: de qua re legatur Postil: Vuigan. Domin. Reminisc. fol. 344. 345. &c. pag. 411. Collo Mo pag.

In summa; D. Vuigandus, omnium Hæreticorum, veterum & recentiorum errores, priuatim & publicè, ore & scriptis, sine omni prosopolepsia, damnauit & refutauit, & diligenter Ecclesiam Dei præmonuit, vt sibi à fermẽto omnium præstigiatorum & corruptelistarum, per Dei gratiam caueret. Quanta autem perspicuitate & robore, & qualibus rerum neruis, aduersus eas præstigias dimicârit, libri ipsius testantur. Nam sine longioribus ambagibus, scopum rei, lectoribus commonstrauit, & argumẽnta hæreticorum, remotis nebulis, & verborum lenocinijs, colligens, vbi vitium lateret, quasi digito exerto, ostendit, iudiciaq; lectorum informauit: Furores autem Aduersariorum, minas, conuitia, probra, mendacia, pasquillos, in honorem Dei sustinuit, Spiritu sancto benignè vires & animum suppeditante, certò enim credebat, Deum ista omnia videre & audire, suoq; tempore vindicaturum, cuius quidem rei multa illustria exempla, hoc loco commemorari possent, nisi breuis esse laborarem. In affli-

 ctionibus

ctionibus sæpè solebat dicere: Confundatur homo, glorificetur Deus. Quia etiam videbat D. VVigandus Antichristum politicum, seu Cæsareopapatum (quem veluti Diabolum ipsum fugiendum & execrandum esse D. Lutherus, fideliter monuit.) in Ecclesia Dei passim regnare, grauissimè ex verbo Domini, eundem refutauit, vt liber eius, Synopsis Antichristi Romani, satis testatur. Item, Scriptum VVigandi, in quo causas recenset, cur norma & forma consistorii, edita sub nomine & titulo principū Saxoniæ, in pluribus partibus approbari non possit. Est autem Cæsareopapatus (vt hoc quoque ob simpliciores obiter addam,) nihil aliud, quam confusio Ecclesiasticæ & politicæ potestatis, qua domini politici, in aulis & ciuitatibus, sub prætextu custodiæ vtriusque tabulæ, rapiunt sibi gladium Spiritualem, ac se Dominos, super Ecclesiam & ministerium verbi constituunt, præscribentes nouas, periculosas, ambiguas & verbo Dei contrarias formulas, obligationes seu notulas docendi, orandi, conciones disponendi, magistratum venerandi, peccata & errores taxandi, Sacramenta & claues administrandi, ceremonias in templis ordinandi: Ac penes se & suos aulicos ac senatum, volunt esse supremam & quasi dictatoriam potestatem, causas Ecclesiasticas audiendi, cognoscendi, diiudicandi, eligendi & vocandi ministros, atque abdicandi eosdem, quos & quando velint, Ecclesia siue consentiente siue dissentiente, in eum finem, ne ipsi à Spiritu Dei, per fideles concionatores arguantur, & vt pax politica, iuxta eorum opinionem conseruetur. Hunc Cæsareopapatum D. VVigandus, publicis scriptis, & viua voce, ex verbo Dei patribus, concilijs, & rationibus grauissimis, refutauit, & contra probauit, claues, doctrinam, iudicia religionis, & totum Regimen eius, veris doctoribus Ecclesiæ, à Christo tradita esse.

Huius normæ autores fuerunt D. Pontanus I.C. & D. Stösselius Theologus.

Demon-

Demonstrauit etiam ex sacris literis, confessione & Apologia Augustana, ac Schmalcaldicis articulis, contra pontificios: semper sonuisse in Ecclesia Dei vera, hanc sententiam. Ecclesiæ Dei, vnà cum pijs doctoribus, & non magistratus politici, esse, condere ordinationes de ceremonijs, omnibusq; alijs rebus, ad salutarem ædificationem pertinentibus. Demonstrauit etiam D. VVigandus, Episcopum aut Superintendentem, multò plus iuris habere in Ecclesiam & religionem, quàm politicum magistratum. Nam ipsi dictum esse: Pasce oues meas, &c. Item: Sicut me misit pater, &c. Item, Vobis dabo claues regni cœlorũ: Quicquid ligaueritis, &c. Item: Qui vos audit vel contemnit, me audit vel contemnit. Item: Attendite vobis, & vniuerso gregi, cui vos (non magistratum politicum, vt quidam falsò hoc dictum, cõtra mentem Spiritus Sancti allegant) Spiritus Sanctus præfecit Episcopos. Item: Ecclesiæ seriò mandatum est: Obedite præpositis vestris. Item, Docete eos seruare omnia, quæcunque præcepi vobis (non quæ vobis in Notula, à magistratu politico præscribuntur.) Item, In præceptis meis ambulate. De NB. politica gubernatione nihil tale dictum est, quia, nec est tota Ecclesia, nec caput, nec pastor, nec dominus eius, sed si pius est magistratus, tum est tantùm membrum Ecclesiæ. Magistratui autem politico est planè mandatum contrarium datum: Erudimini reges & principes, vbi in hac parte subijciuntur doctoribus Ecclesiæ. Cùm autem nulli Episcopo, aut Superintendenti, quantumuis docto ac pio, iure liceat, ordinationes, etiam de minoribus rebus (etiamsi sapientissimæ NB. ac rectissimæ essent) Ecclesiæ, & præsertim, ea inconsulta, & non prius expetente, aut per Synodum decernente, obtrudere: multò igitur minus licebit politico magistratui aliquid, vel minimum, in Ecclesia constituere.

Sed

Sed veniat oratio ad domesticam D. Ioannis Vuigandi vitam, vt etiam de coniugio eius aliquid dicatur. Mansfeldiæ in numerum ministrorum verbi cooptatus, vt superius indicauimus, mox animum ad coniugium, iuxta Dei voluntatem & mandatum, appulit. Nam cùm vitam cœlibem papatus impuri, grauissimis de causis, ab ipso, in libro, de coniugio, recitatis, improbaret, amicorum & parentum imprimis consilio, sibi pudicam virginem, Rebeccam ciuis Mansfeldensis Metallarij filiam, honesto loco natam, despondit. Qui hac familiariter vsi sunt, affirmant, eam fuisse fœminam piam, verbi diuini studiosam, modestam, mariti & liberorum amantissimam. Ex hac Vuigandus, vtriusq; sexus liberos suscepit quinq;, filios quatuor, & vnicam filiam. Filij pueri adhuc infantes, partim in patria, partim Magdeburgi obierunt, filia Catharina, in hac vrbe, annos 6. fatis concessit. Excessit hæc prima eius coniunx è vita Magdeburgi, incredibili desiderio mariti, cùm annos nouem, in matrimonio castissimo, cum eo, coniunctissimè vixisset. Alteram vxorem iterum duxit in patria, Euam nimirum, meæ coniugis charissimæ sororem germanam, ex D. Lutheri veteri & præcipua familia, in vrbe Mansfeldensi oriundam, optimam & præstantissimam matronam, quæ mihi, & plurimis in hac vrbe, complures ab hinc annos, cognita fuit. Hęc fuit religiosissima, viri sui amans, exiliorum eius comes, in re domestica administranda prudens & industria, liberalis, & benefica erga cognatos, domesticos & egenos: Præterea, fuit in omni vita grauis, pia, modesta, sobria, casta, quæ nullis delitiarum blanditijs capiebatur, & voluptatū omnes illecebras fugiebat. Hanc vxorem, lectissimam fœminam, Libemolæ, in Borussia amisit. Hoc quidem casu domestico, grauiter D. Vuigandus afflictus est (totos enim 20. annos, ipsa coniunctissimè, cum marito, absq; vlla graui offensione

vixit,

vixit, fida custos & columē familiæ, & quæ viri curas & labores, quos maximos, in Episcopatu suo sustinebat, morū suauitate, & pientissimis colloquijs, quantum, per Spiritus Sancti gratiam, poterat leuare solebat) sed tamen diuino auxilio fretus, ita constanter, hunc casum acerbissimum pertulit, vt hac etiam in re, singulare fortitudinis Christianæ exemplum, plurimis pijs præbuerit. Hæc reliquit ei duos liberos superstites, filiam Annam, Magdeburgi natam, quā viro optimo & ingenuo, D. Hērico Scrotero, primario in vrbe Dantiscana, ciui, honestissima familia, ibidem nato, affini meo colendo, in matrimoniū elocauit: & filium Ioannē, Libemolæ natū præclaræ spei puerum, nunc in Borussia cōmorantem. Tertia proles, filia Maria (quæ præ cæteris omnib' liberis, ob insignem pietatem, & morum elegantiam admirandam, patri in delitijs summis erat) Vuismariæ, apud nos, peste grassante, Anno 66. maximo parentum dolore, ex hac ærumnosa vita migrauit. Tertiam coniugē duxit in Borussia, Anno 73. 19. Octobris die, piam & honestā viduam, quadragenariam, filiam nobilissimi & strenui viri Martini à Saugnin, nuptam antea Equiti nobili Bruteno, Ioanni à Bettelsdorff. Hanc viduam D. VVigandus, singulari, haud dubiè, prouidentia diuina, vtpote œconomiæ, vitæ & moribus eius aptissimam, sibi delegit. Erat illa trium linguarum, Brutenicæ, Polonicæ & Germanicæ perita, administrationis rei familiaris, & sanctæ crucis haud ignara. Nam marito per integrum decennium, lecto decumbenti, fidelissimè ad obitum vsque inseruierat, & familiæ etiam amplissimæ cum laude præfuerat: Hanc igitur ob causam, VVigando ea placuit, cum qua matrimonio iungeretur. Non equidem ignoro, quòd non desint obtrectatores, hoc D. VVigandi factum & consilium, ad tertia vota, vt loquuntur, trānseuntis, damnātes, hoc maximè nomine, quod esset sexagenarius & Episcop', cuius valetudo quotidie,

magis magisq; senecta, sollicitudinibusq; attenuaretur: Verùm, homines piè intelligentes, qui nôrunt domesticæ rei D. VVigandi administrationem: qui coràm inspexerunt eius occupationes, profectiones, visitationes, literarum & librorum Scriptiones, causarum in consistorio diiudicationes: facilimè D. VVigandum, ob eius tertias nuptias, excusatum habebunt. Calumniatores malignos, quorum morsus venenatissimos, nemo bonus, effugere potest, missos faciamus.

De moribus VVigandi, viri omnium, (absit inuidia dicto) quos ego nouerim, optimi, sapientissimi atq; humanissimi, non opus esse existimo, fusius declamitare: Talem enim sese, omni ætate sua, per Dei gratiam gessit, vt fuerit omnibus bonis & doctis, quibuscum familiarissimè vixit, charissimus. Nam pietate eximia, omnium aliarũ virtutum fundamento, à teneris statim excelluit. Vita eius fuit sobria, honesta & laudatissima. Erga quosuis ferè, comis fuit & facilis, nemini non aditus ad eundem patebat, eique placidè & grauiter respondebat: Erat enim summa humanitas, in illo Theologo, cum maxima grauitate coniuncta. Munificus & liberalis erat in egenos; Cùm in Episcopatu suo frumentum aut pecuniam, pauperes petebant, curabat ipsis per oeconomum dari, prout necessitas exigebat. Etsi enim parsimoniam & amabat & tuebatur: tamen erga pauperes beneficentiam semper exercebat. Homines pios & bonos amauit, imprimis verò, semper sinceram & constantem amicitiam, cum Matthæo Iudice, Dauide Chytræo, Rosino, Matthia Marco Dabercusio, & cum alijs amicis fidelibus coluit. Coluit quidem amicos certè, ἀλλα μέχρι τȣ̃ βωμȣ̃. Si quem enim eorum, non recto pede, iuxta veritatem Euangelicæ doctrinæ ambulare vidit: præsentem ilicò, coràm, viua voce, absentem verò literis, grauissimè & seuerissimè, ad pœnitentiam agendam hortabatur, ita tamen vt admonitionis

acri-

acrimoniam, orationis dulcedine leniret. Matutino & vespertino tempore, preces ad Deum ardentes, in genua procumbens, detecto capite, fundebat, additis aliquot insignioribus sacrarum literarum testimonijs. Cum Ecclesia domestica, singulis diebus festis, repetitiones singularum concionum, & examina Catechismi, id quod sæpissimè vidi & audiui, instituebat. Quotannis ad minimum sexies, cum familia sua, sacra synaxi, primùm absolutione priuata ab Ecclesiaste suo accepta, publicè in sacra æde, vtebatur: Huius rei viuus & oculatus testis est, Symmista noster D. Thomas Hartmannus, quo per integrum septennium, Libemolæ, in sede Episcopali concionatore, & confessionario, vt vocant, vsus est. Doctrinam cœlestem, immensa Dei gratia, ministerio viri Dei, D. Lutheri, repurgatam studiosè semper didicit, & alios iterum eandem docuit. Ne autem diuersitate versionum & lectionum perturbaretur, fontes Latinæ, Græcæ & Hebreæ linguæ diligenter & sedulò perscrutatus est, neque infeliciter in ijs profecit, vt monumenta eius plurima, in lucem edita, testari possunt. Oborta aliqua controuersia, de articulo fidei, in Ecclesia Christi, ipsemet fundamenta & pondera rerum præcipua, scripto primùm mandauit, & de eis cum alijs doctioribus, quò ipse fieret doctior, liberaliter contulit, atque vtriusque partis libros, attentissimè, in timore Domini perlegit. Sacram Scripturam imprimis, deinde etiam piam & eruditam antiquitatem consuluit. Veritatis patrocinium suscepit, & errantibus sine vllo personarum respectu, contradixit. Nec fuit ei difficile, id præstare, per Spiritus Sancti gratiam, quandoquidem ingenium ei esset præstantissimum, & iudicium de controuersis dogmatis acutissimum, & Bibliothecam penes se haberet optimis & selectissimis scriptoribus abundantem, quorum lectioni sedulò vacare solebat.

Quanta fide & industria, omnes ministerij sui partes obierit, collegæ & eius auditores norunt. Ministros Christi fideles, & ipsum ministerium, cuius membrum erat vbicunq; vixit, sanctè semper veneratus est, eidem sese adiungens, nihilq; intermittens, quod ad decus & dignitatem eius augendam facere quodammodo videretur. Constantes zeloq; pio flagrantes, veritatis cœlestis professores & confessores, magnifecit. Neministas verò, Silentiarios & Generalistas, aurium frictores, molligrados, palpatores, placentiloquos, Lenipedes, Theologos gloriæ (quorum hoc seculum præsens, nimium, heu nimium, ferax est) non pietate Deum, verum mercede colentes, extremo odio, iuxta Dei verbum prosequebatur, dicto Augustini sæpius recitato: Qui non zelat non amat Christum. Sæpissimè hoc memorabile apophtegma repetebat: Certum est, multo plures pastores, in nouissimo iudicio, à Domino nostro IESV CHRISTO, damnatum iri, propter nimis lenes & euangelicas conciones, quàm propter seueras, debitamq; legis inculcationem. Collegas suos quos loco fratrum, semper habuit, sæpe multumq; hortabatur, vt piam in reprehensionibus prudentiam, adhiberent, & magistratum politicum, constanter, veram doctrinam propugnantem, amarent, & colerent, & si opus esset, de rebus ad Ecclesiæ & scholarum vtilitatem spectantibus, priuatim, interdum, necessitate postulante, erudirent: Et quia, multa vulgò temerè spargerentur, etiam de optimis & innocentibus hominibus, cauerent, ne quiduis temerè crederent, & eliminarent, sed res certas & exploratas modestè, in cõspectu Dei, coram Ecclesia proponerẽt, obseruata regula, de priuatis priuatim, de publicis publicè, sine omni prosopolepsia loquendum esse. Adscribam ipsius verba valde notabilia, quæ nõ dubito, omnibꝰ fidelibꝰ Christi ministris, gratissima futura esse: Sic autẽ scribit: Nihil

pro

pro cõcione temerè ebuccinandũ est, quod vel nõ satis sit exploratũ, vel alio ordine expediri queat. Populo gratũ esse solet, quando magistratus carpuntur: Et sunt, qui ad eam rẽ frigidam suffundunt, postea verò, relinquunt, in palude, pastorem, cum dedecore: Soleo pastores hoc stratagema docere, vt, quando tales incentores seu delatores, concionatores volunt inflammare, vt ad eiusmodi proditores & nugigerulos maledicos dicant: Ego, igitur, te nominatim, pro concione nominabo, quod tu mihi dixeris & velis probare: vel accusatum à te, iam in tuum conspectum, corâm adduci curabo, vt tibi in os respondeat. Tum verò, plerunq; vsu venit, vt tales nebulones sese subtrahant, fingant pietatem, & tamen se produci vel nominari nolunt homines illi malefcriati: multò minùs expectare volunt, accusati accessum. Hoc stratagema mihi sæpius, sicut & alijs profuit, concionator grauitatem magno studio, tum in dictis tum in factis, retinere debet, præsertim verò in concionibus. Doceat vera, recta, ad ædificationem facientia, à rebus inexploratis & morsionibus ac vellicationibus non necessarijs prorsus abstineat. Admonitionis necessariæ acrimoniam, bonis verbis leniat, Concionator non statim, quod vetulæ garrulæ, quod susurrones maledici, & leues ac lubricæ fidei homines suggerunt, credat, & ex suggestu publicè effutiat. Hæc Vuigandus.

Quia verò, facili momento, voluntas hominis mutatur, & vt à Iureconsultis præclarè dicitur, mutabilis & ambulatoria est, vsq; ad mortem: ne quis igitur existimaret, D. Vuigandum, iam circa vitæ suæ finem, mutatum esse ab illo Theologo, qui fuerat olim: paucis ante mortem diebus, cum iam decumberet, & maximã vim morbi agnosceret, aliquoties, in præsentia multorum piorũ hominum, lecto assistentium, clara & distincta voce, ac sana mente repetijt: se in illa doctrina & confessione, de omnibus Articulis fidei, à se pri-

uatim & publicè edita, per Dei gratiam, ad extremum vsq; vitæ halitum, imò in omnem æternitatem vsq; permansurum esse, sicut eandē, in vtroq; Veteris & Noui Testamenti, Syntagmate, repetijsset & professus esset. Affirmauit etiam constanter, se damnare & execrari omnes hæreses, cum verbo Dei pugnantes, idq; ob causas grauissimas, in sua confessione, de omnibus controuersis dogmatibus, ante paucos annos, Erphordiæ impressa, recitatas. De vita igitur, moribus, rebus gestis & certaminibus D. Vuigandi, hactenus dixisse, ita tamen, vt fastigia rerum duntaxat, sequerer, sufficiat. Nunc de illius, ex hac calamitosissima vita, exitu & discessu, paucis agemus.

Aduersa conflictari valetudine cœpit, mense Septembri, Anno superabundantis gratiæ octuagesimo septimo, fuit iam antè aliquot annis imbecillis, & valetudine tenui & infirma, cùm propter decrepitam ferè ætatem, tùm quod curæ & solicitudines variæ, & præsertim magni dolores (quos ex afflicto Ecclesiæ statu, & motibus ac impendentibus casibus Reipublicæ, in vicino regno Poloniæ, ob bipartitam duorum regum, Sigismundi Sueci, & Maximiliani Austriaci, electionem concipiebat) vires eius paulatim, & quotidiè attenuarent & consumerent, sicut ea de re aliquoties ad clarissimum & optimum virum D. Dauidem Chytræum, præceptorem meum colendum, & ad me etiam literis missis conquestus est. Magno etiam dolore effecit Vuigandum mors præstantissimi Theologi, D. Magistri Ioannis Vuedmanni, concionatoris aulæ Ducis Borussiæ fidelissimi, compatris mei charissimi, quem D. Vuigandus, vt constantem & singularem amicum, laborumq; omnium & curarum participem in Borussia, ob ingenium peracre, studium singulare, doctrinam eximiam, summam & diuinam memoriam, semper coluit & vene-

ratus

ratus est. Hinc igitur cum sensim, viribus tàm animi, quàm corporis deficeret, & non tàm morbi grauitate, quàm diuturnæ debilitatis languore, velut euanesceret: cogitabat assiduè, se esse hominem morti obnoxium: in tempore itaque, sese ad benè beatéque in Domino moriendum præparauit: nam multos annos, ante obitum, supremaq; funera mortis, Epitaphicum hoc Distichon sibi ipsi componebat eiusmodi:

In Christo vixi, morior, viuoq; Vuigandus,
Do sordes morti, cætera Christe tibi.

Hoc D. Vuigandi Epitaphium docet, cum semper memorem Psalmi 39. & 94. 90. cogitasse, de morte ventura, Deumq; orâsse, vt piè & placidè ex hac mortali vita discederet, id quod etiam, ex multis illius ad me literis scriptis apparet, sic enim inter alia inquit: Ego sanè, mi affinis Schlüsselburgi, laboribus & doloribus & senecta frangor vehementer: sed dum spiro, cupio per Dei gratiam, Ecclesiæ Iesu Christi seruire, ac scis me non esse otiosum, pro me itaq; orabis sedulò, vt sim & maneam vas salutare, quandiu vixero, & vt tandem animulam meam meo Saluatori Iesu Christo, cuius sacrosancto sanguine ab omnibus peccatis, emundata est, tradam in vera fide, & resurgam in nouissimo die ad æterna gaudia beatæ vitæ.

Anno 85. Cal. Sept. idem votum, his verbis in Epistola quadam repetiuit: Meum institutum, ait, de controuersiis religionis Christianæ, quomodo, Deo fortunante procedat, vides ipse, orabis pro me sedulò, Ich werde jmmer älter vnd je schwächer/ ad tantos labores, & hic mundus deploratus, addit insuper multas difficultates, & varias pro veteri more suo, obijcit mihi molestias. Es soll vnd wirdt nicht anders/ weil diese betrübte Welt stehet / Gott der HERR helffe mit Gnaden hindurch/ Ich bin nun vber die 60. Jahr alt / dem ewigen Gott

sey Lob der für gesagt. Parens meus erat 80. annorum, ego vix assecuturus sum. Verùm, Deo meo, cui vias meas commendo, omnia erunt possibilia. Anno 86. die Iacobi Apostoli, hoc modo, mihi scripsit: Ego hoc semestri, valde fui debilis, Dominus Deus meus sit mihi propitius. Ad proximũ Michaëlis festum, Deo dante, quadraginta annos, in ministerio docendi versor, quod curriculum nosti, multis præstantibus viris Mosi, Samueli, Dauidi, Salomoni, Eliæ, Ieremiæ, Abdiæ, Ezechieli, Abacuco, Sophoniæ, Danieli, & alijs, à Deo concessum esse, quibus ego nequaquam vlla in parte, sum conferendus. Vtinam tantùm, simus & maneamus organa Dei salutaria, vbicunq; fuerimus. Deus me hæc in Borussiam, te verò in Ducatum Megapolensem, in suam vineam misit, vt longo locorum interuallo, disiuncti simus. Ich tröste mich offt/ daß wir allhie in Preussen/ ja so nahe seindt in den Himmel haben/ als jhr in Teutschlandt/ Ex illo principio, quod olim in Scholis didici, quòd terra sit instar puncti, & omnes lineæ, ex hoc centro, in cœlum, tanquam circumferentiam ductæ, sint æquales. Gaudeo etiam, quòd Iesus Christus, Dominus & redemptor meus, hîc nobiscum sit præsens, Deus & Homo, alioqui totus desperassem. Rogemus Deum, vt seruet aliquod sanctum semen in terris, quod celebret nomen Domini, imò potius oremus, vt Christus ipse veniat visibiliter ad iudicium mundi, & iam tandem pro sua voluntate Diabolo & eius squamis finem imponat. O miseram posteritatem, si qua adhuc futura est post nos. Deus eis adsit, & mitiget ærumnas. Ego huius vitæ satur sum, Dominum oro, vt me, iuxta suum beneplacitum, ex hac miseriarum valle, in cœlestem & perpetuam patriam euocet, Amen.

Hæc & similia vota D. Vuigandus ferè in omnibus literis, proximis annis, ad amicos missis, ante obitum repetiuit: vnde meridiano sole luculentiùs est, cum animo parato,

rato, & læta conscientia, in vera fide Iesu Christi, mortem expectasse.

Tandem igitur, correptus morbo acerbissimo & acutissimo, quē Hippocrates & Galenus δυσουρίαν appellant, in vera fiducia, pia confessione & inuocatione Filij Dei, certaq; spe vitæ æternæ, tanquam obdormiscens, ex hac fragili & ærumnosa vita, in æternam, & semper beatam patriam, piè & placidissimè, secundùm optatum ipsius, discessit, nullo corporis, qui quidem animaduerti posset, cruciatu, seu conuulsione, anno 1587. 21. die mensis Octobris, post meridiem, hora secunda audita, cùm 14. dies lecto decubuisset & vixisset in hoc mundo, annos 64. completo anno climacterico nono, & vno addito, ac in ministerio verbi diuini, spectatissima cum fide & assiduitate mirabili, officio suo annis quadraginta & vno, hoc est hebdomadis annuis quinq;, seu septimanis totidem & sex annis, functus esset, ac in Borussia, annos 12. Episcopatui amplissimo præfuisset, studiosè ac sollicitè, & patiens & nequaquam fugiens laborum. Toto morbi tempore, Dei beneficio, bono, in Domino, fuit animo, commendans se Deo, & cupiens dissolui, ac esse cum Christo, nullam non modò vocem, sed ne quidem signum impatientiæ vllum edens: Dicta S. scripturæ, quibus se tempore morbi, contra omnis generis tentationes sustentabat, hæc erant præcipua. Sic Deus, Ioan. 3. Venite ad me omnes, Matth. 11. Sanguis Iesu Christi, 1. Ioh. 1.

Hippocr. Aphorij 36. Gal. com. 6. Aphori. Hippoc.

Fortunatus obitus D. Vuigandi.

Sæpissimè verò sermones repetebat, de tristissimo afflictissimæ Ecclesiæ, in hisce postremis seculi diebus, statu, conquerens de paucitate fidelium Theologorum, seu Christi ministrorum, qui ore & scriptis, præstigiatoribus & hæreticis contradicerent: Affirmabat & dolebat plærosq; concionatorum, esse Theologos gloriæ, & mancipia hominum, qui molli saltem brachio, errores & dogmata perstringerent,

 summis

summis pedum digitis incedentes, & tormenta satis altè dirigentes, ne quem ex magnatibus attingerent. Hos ille lenipedes & molligrados vocare solebat. Toto pectore abominabatur Silentiarios & periculistas, qui, ne taxandis peccatis, magistratum politicum offendant, prætendere solent, non esse iam de ijs rebus dicendi locum. Hæc in aliud tempus esse reseruanda, seu hæc ob quasdam causas singulares, nunc silentio prætereunda esse. Atq; hac ratione, nunquam, etiamsi decies mille annos viuentes, peccata enormia, in magnis Hansonibus arguunt. Sed de hac re, nunc non est texenda narratio, & sentio, me fuisse in hac mentione verbosiorem, quàm esse debuerim: Redeamus igitur ad Vuigandũ defunctum, Sepultus est autem honorificè & solenniter (prope sepulchrum coniugis eius secundæ, Euæ Dresserianæ, non procul à cathedra, è qua cœlestem doctrinam gregi suæ fidei commisso, ibidem, annos circiter duodecim, magna grauitate, autoritate, erudita breuitate, perspicuitate neruosa, & vtilitate maxima, sæpe numero proposuit) sexto die mensis Nouembris, in templo Libemölen, vbi Episcopi Pomezanienses, tumulos sepulchrales habent.

Funus efferebant ex domo Episcopali, ad sacram ædem, duodecim pastores Ecclesiastici ministri: Proximè comitabatur funus, filius D. Vuigandi, Ioannes, patri optimo ὁμώνυμος, præclaræ spei adolescens, huius dextrum latus, Gener D. Vuigandi, D. Henricus Shroterus, Patricius Dantiscanus, affinis meus colendus, claudebat, hos nomine Illustrissimi Principis, ac Domini, D. Georgij Friderici, Marchionis Brandenburgici, &c. ac loco Illustrissimi Principis & Domini, D. Alberti Friderici, Ducis Borussiæ, &c. sequebantur, Clarissimus vir D. Andreas Fabricius, Iureconsultus celeberrimus, & Cancellarius Borussiæ, M. Benedictus Morgenstern, pastor Regiomontanus, Theologus eximius,

amicus

amicus D. Vuigandi singularis, & compater meus dilectus, Secretarius Bergelius Marchionis, cuius nomen, mihi iam non succurrit, D. Theodoricus Montfertius, Scabinonum Regiomonte praefectus, vir eximia eruditione, pietate, prudentia, humanitate & facundia excellens D. Vuigando superstiti, ob virtutem & candorem, secundum M. Vuedmannum, piae memoriae, omnium in Borussia charissimus, D. Montfortium comitabatur gener eius, D. Christophorus Heilspergerus, legum doctor celebris, Reipub. Regiomontanae Syndicus fidelis & conscientiosus. Hos duos praenominatos, socerum cum genero, filio Ioanni orphano, in testamento curatores & Tutores constituit, ac illis conficiendi bonorum suorum inuentarium permisit

Sequebantur & funus, plurimi ex vicinis pastoribus, & multi ex vicina nobilitate equestri Brutenica. Sequebatur magistratus oppidanus, cum magna multitudine ciuium, & aliorum piorum hominnm, matronarum & virginum, non absq; multis acerbissimis lachrymis, gemitibus, singultibus & clamoribus, Episcopo suo fidelissimo D. Ioanni Vuigando, postremum hoc pietatis Christianae officium, iuxta mandatum Dei praestantium. Concionem funebrem habuit venerandus vir D. Ioannes Campius Rosenbergensis, pastor Libemolensis, explicans dictum Christi Ioan. 3. Sic Deus dilexit, quod superstes & aegrotus semper in ore habebat. Atq; hic quidem exitus vitae fuit praeceptoris, affinis & compatris mei, instar parentis, perpetua animi obseruantia mihi colendissimi, in cuius vita describenda, prolixior fui, quàm proposueram. Nec me tàm effectus, quàm veritas rerumq; varietas & multitudo, eò protraxit. Nunc ne auditorum patientia abutar, mox dicendi finem faciam. Sicut autem orationem nostram, pia beneficiorum Dei commemoratione, & pro iisdem debita gratiarum actione,

exorsi sumus, ita eandem ardenti & seria ad Deum, precatione concludamus, memores dicti Poëtæ:

Omnibus in rebus, feliciter omnia cedent,
Si statuas finem, principiumq́; Deum.

Vos verò, Reuerendi & clarissimi viri, ac auditores optimi, amanter oro, vt hanc meam precationem, pijs votis, veraq; fide, iam & in posterum subsequamini.

Te igitur, æterne Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, vnà cum Spiritu sancto, ardentissimis votis inuocacamus, vt Ecclesiæ tuæ, quam proprio sanguine redemisti, in horribili hac confusione bellorũ, piam pacem & tranquillitatem largiri, & halcyonia, & in his quoq; oris Balthici littoris, tibi etiam cœtũ colligere velis, qui te verè agnoscat, rectè inuocet, colat, & nomen tuum in omnem æternitatem celebret. Illustrissimos quoq; Principes, Duces Megapolenses, Dominos nostros clementissimos, Dominũ Vdalricum, D. Christophorũ, D. Carolum, D. Ioannem Iuniorem, D. Sigismundũ Augustũ, omnipotenti tua dextra, contra omnes veræ religionis & trãquillitatis publicę hostes, protegas, dies vitæ proroges, & tuo sancto Spiritu gubernes, vt sub ipsorum patrocinio, pace exoptatissima frui, & vocationis nostræ officia, tibi grata & Ecclesiæ salutaria & vtilia facere queamus. Consensum quoq; inter Doctores harum Ecclesiarũ Megapolensiũ, & omnium aliarũ, in Domino Iesu Christo, pium, verum & constantẽ tuo sancto Spiritu gubernes, vt in te sint vnum, doceant vnũ, patiantur & vnũ, qui benè de Christi nomine nomen habent. Senatũ quoq; ciuitatis huius Vuismariensis amplissimũ, clementer tuearis, vt iuxta normã verbi diuini, in timore Domini, consilia & omnes actiones suas instituentes, se non aliam ob causam, quàm ad propagationem & conseruationem doctrinæ, pietatis, & iustitiam cum æquitate administrandam, natos esse perpetuò cogitent.

Cœtum

Cœtum quoque hunc nostrum scholasticum cum præceptoribus, gratia Sancti tui Spiritus regas, vt beneficij institutionis, diuinitus in se collati, & officij administrandi, perpetuo memores, & precationi ac pietatis, & literarum studijs vigilent, quibus confirmati, & ad omnes partes Ecclesiastici & politici Regiminis explendas, expediti, laboranti Ecclesiæ & nutanti Reipub. Christianæ succurrant. Numerum quoque in tanta fidelium verbi ministrorum inopia, augeas, & ad posteritatem quoque confirmes, vt te benigniter concedente, posteris quoq; pietatē, cum alijs, quasi per manus, perpetua successione tradentes, simul omnes, vera & saluifica fide in Iesum Christū ornati, magistratus cum subditis, cōcionatores cum auditoribus, cum gaudio & exultatione, filio tuo Domino nostro Iesu Christo, in nubibus venienti, occurrentes, æternā sapientiæ scholam ingrediantur, in qua omnibus sapientiæ & cognitionis thesauris apertis, caligo & ignorantia mentis nostræ tollatur: & nos omnes aspectu infinitæ tuæ sapientiæ fruentes, ab omnibus laboribus & molestijs huius vitæ, penitus liberati, in vera illa & æterna schola viuentes, cum omnibus in Christum credentibus, te Deum creatorem, Redemptorem & conseruatorem nostrum, in æternum celebremus, cui sit laus, honor & gloria in omne æuum, Amen.

Hoc precor, & precibus quia flecti numina possunt:
Euenient votis omnia læta meis.

DIXI.

PARS TESTAMENTI VVIGANDI: VNDE APPARET EVM, IN SEMEL AGNITA ET PROfessa doctrina Euangelij, per S. S. gratiam, vsque ad extremæ vitæ exitum constantem permansisse.

Im Namen der H. Dreyfaltigkeit.



Ch Johannes Wigandus D. jetziger Zeit vnwirdiger Bischoff auff Pomezan/ bedencke/ daß ich nach Gottes Willen sterben muß/ vñ habe nichts gewissers/ als den Todt/ vnd nichts vngewissers als die Stunde deß Todes. Derhalben habe ich in der Zeit bey guter Vernunfft/ mein Testament oder letzten Willen machen wollen/ nach dem sich meine Erben richten möchten. Wil demnach von ersten meine Seele meinem allerliebsten Schöpffer vnd Erlöser Jesu Christo bescheiden vnnd geben/ vnnd meinen Leib der Erden biß auff den jüngsten Tag/ da er durch Christum widerumb wirdt aufferstehen. Vnnd ist mein einiger Trost/ daß ich glaube an JESVM CHRISTVM / daß ich durch jhn/ vnnd vmb seinent Willen vergebung der Sünden/ Gerechtigkeit vnnd ewiges Leben bey GOtt dem Himlischen Vatter habe/ Vnd daß ich am jüngsten Tage nicht durch meine Frömmigkeit/ die gantz nichtig/ sondern allein durch die Gerechtigkeit/ so mir mein HERR Jesus Christus am Stamm deß Creutzes erworben hat/ für dem hohen vnnd herrlichem Gerichte Jesu Christi bestehen werde/ vnnd in die ewige Seligkeit kommen. Dancke derowegen meinem lieben getrewen Gotte dem Vatter/ Sohn vnd Heyligem Geiste/ der mich nicht allein erschaf-

erschaffen/sondern auch in seine Kirche auff Erden gesetzt/wie er newe geborn in der Tauffe/vñ zu seinem heyligen Testament hat kommen lassen/hat mich auch zum studiren beruffen/ vnnd lassen die grossen Leute auff Erden sehen vnd hören/durch welche er die heilsame Lehre deß Euangelij hat lassen auß dem grewlichem Finsterniß deß Bapstthumbs wider an den Tag bringen/vnd den Antichrist offenbaren/hat mich auch zu einem Lehrer seines Göttlichen Worts beruffen/vnd vnter die Bekenner seines Göttlichen Namens/auß Gnaden genommen/rc. Vber das/gespeiset/genehret/auß vielen Nöhten errettet/vnnd grosse Wolthaten an mir vnwirdigen Würmlein gethan/darumb ich jhn dann in Ewigkeit loben vnnd preisen wil. Ich bekenne auch daß diese Lehre in der Kirchen in dieser Welt alleine recht vnnd warhafftig sey/welche in den Schrifften der Propheten vnnd Aposteln begriffen. Ich halte auch daß diese Schrifften der Kirchen Gottes recht/vnd mit vorgedachter Regel vberein treffen/ Nemlich die alten ersten Symbola, als der Apostel/ das Nicenisch/deß Athanasij/Item die alte erste Augspurgische Confession/vnd derselben Apologia/die Schmalkaldischen Artickel/die Catechismi Lutheri/das Corpus Doctrinæ Prutenicum, vnnd die Formula Concordiæ, wie sie Anno 1580 in Truck außgangen/welcher ich mich vnterschrieben/vñ durch Gottes Gnade gedencke biß in die Gruben bey der Lehr zu bleiben. Verwerffe auch was derselben Lehre zu wider/als der Papisten/Antinomer/Pelagianer/Widertäuffer/Sacramentschwärmer/Maioristen/Synergisten/Adiaphoristen/Seruetianisten/Enthusiasten/vnnd wie die Schwärmer mehr heissen mügen. Ich weiß auch nicht anders/denn daß die Lehre/so mir Gott in meinem Büchlein gegeben/recht vnnd warhafftig sey/

Doch

Doch so etwas darinne möchte gefunden werden / das in einem rechten vnd vnaffectionirten Iudicio, nach Gottes Wort / nicht bestehen köndte / das ich dann jetzundt nicht weiß / bin ich sehr wol zu frieden / daß solches billicher weise weg gethan werde / dann Gottes Wort soll alleine bestehen / vnnd Gott soll die Ehre behalten.

CATALOGVS LIBRORVM D. IOANNIS VVIGANDI.

LECTORI PIO ET CANDIDO. S.



QVIA neminem, inter pios & intelligentes Christianos, futurum esse, mihi compertum est, cui pergratum non sit, cognoscere, quósnam libros, summus Theologus D. Ioannes VVigandus, Episcopus Pomezaniensis vel solus, vel cum alijs pijs Synergis, publicis typis inuulgari, Deó benè iuuãte, curauerit, quæq; ab eodem relicta fuerint Scripta, nondũ publicè excusa. Ne quis igitur hac in parte decipiatur, sicut experientia quotidiana, meridiano Sole clarior, abundè testatum facit, libris optimorum virorum sæpissimè euenisse, vt sub eorum fictitio titulo, & alieno nomine, multa falsa obrepserint, & adulterina: putaui me facturum esse operæ precium, si orationi nostræ funebri, nominatim subiungam Catalogum, tum scriptorum D. VVigandi, quæ Latino & Germanico Idiomate, in lucem prodierunt: tum etiam eorum, quæ in eius Bibliotheca copiosissima & præclarissima, asseruantur, & nondum aleam editionis experta sunt.

LIBR

D. IOANNIS VVIGANDI.

LIBRI DOGMATICI.



YNTAGMA, seu corpus doctrinæ veri & omnipotentis Dei, ex Veteri Testamento tantùm, methodica ratione, per Ioannem VVigandum & Matthæum Iudicem VVismariæ collectum, Anno 1563. & impressum Basileæ Anno Domini 1564.

Syntagma, seu Corpus doctrinæ Christi, ex Nouo Testamento tantùm, methodica ratione congestum per Ioannem VVigandum & Matthæum Iudicem, & impressum Basileæ, Anno Christi 1558. Hunc librum D. Philippus, vir acerrimi iudicij, ac sine controuersia, in omni doctrinarum genere, eruditissimus, tanti fecit, vt primo exemplari viso, gaudio quasi exilierit, & afferenti Syntagma, aureum nummum donauerit, id quod aliquoties, D. VVigandus mihi retulit.

Methodus doctrinæ Christianæ, sicut ea in Ecclesia Magdeburgensi traditur, Germanicè excusa Anno Christi 1558. Latinè vero edita Francofurti per Brubachium Anno 1559. Hunc librum Serenissimus princeps, nomine & re Christianus, Daniæ & Noruegiæ Rex (vt D. Iacobus Bordingus, medicus celeberrimus & Theologus insignis, in oratione funebri testatur) semper secum circumferebat. Tantopere autem methodo ista D. VVigandi, Christianus III. delectatus est, vt de pluribus exemplaribus aduehendis in Daniam, mandata daret, & de vertendo in linguam Danicam cogitaret.

D. Ia Bord. gus, dic⁹ fidelu peri[ti]

De norma iudicandi dogmata vera & falsa, excusa Magdeburgi, Anno 1558.

Corpusculum doctrinæ sanctæ, pro Ecclesijs & Scholis in Episcopatu Pomezaniensi, Regiomonte in Prussia, Anno 1575. latinè, germanicè & polonicè editum.

Catechisticę explicationes & Methodi, recitatę Ienę, in explicatione Catechismi D. Lutheri, An. Christi 1575. Argētinæ.

K Postilla

Postilla seu explicatio Euangeliorum, quæ Dominicis & festis diebus populo Christiano proponūtur, in Ecclesia, &c. VVismariæ conscripta, & Francofurti ad Mœnum, An. 1565. excusa.

De Deo Methodus, cui refutatio nouorum Arianorum, adiecta est, VVismariȩ collecta, & Francofurti edita, An. 1566. Hunc librum, Aduersarij nostri Caluinistæ, publicis scriptis
p. 250. commendant. Videatur liber 3. de Filio Dei, editus à Iosia Simlero.

De communicatione Idiomatum, vtilis & pius libellus. Hunc Doctor VVigandus, in vrbe VVismariensi, ob portus commoditatem, mercimonijs olim florentissimam, conscripsit, & ibidem de hac grauissima materia, in Gymnasio, solennes disputationes habuit. Liber est Basileæ impressus, Anno 1568.

Collatio & repetitio doctrinæ de communicatione Idiomatum, Regiomonte in Prussia, Anno 1577.

γνῶθι σεαυτὸν, hoc est, de homine integro, corrupto, renato, glorificato, Anno 1562. Francoforti.

De imagine Dei in hominibus & de larua Satanæ, Anno 1573. Ienæ.

De Libero arbitrio hominis integro, corrupto in rebus externis, mortuo in rebus Spiritualibus & renato, Anno 1562. Vrsellis.

De legibus diuinis, Anno 1577. Francofurti.

De peccato Originis, repetitio doctrinæ sanæ ex verbo Dei, ex corpore doctrinæ Thuringico, & ex scriptis D. Lutheri, Anno 1571. Ienæ.

De iustificatione, miseri peccatoris coram Deo, Anno 1581. Lipsiæ.

De confessione in doctrina diuina, & necessarijs factis, Anno 1569. Ienæ.

De

De arguendis falsis dogmatibus & doctoribus, alijsq; peccatis & peccatoribus, iuxta verbum Dei, Anno 1550. Erphurdiæ.

De claue ligante in Ecclesia Christi, De suspensione à Sacramentis ad tempus, De reconciliatione offensæ Ecclesiæ. Explicatio succincta & solida ex verbo Dei, Francofurti, Anno 1561.

De coniugio doctrina, Anno 1578. Francofurti.

De persecutione piorum. Exilijs piorum. Exilijs facinorosorum. Martyrijs piorum, Pseudomartyrijs, Fuga ministrorum verbi, Constantia, Apostasia, patientia, Anno 1580. Francofurti.

De neutralibus & medijs Admonitio, Magdeburgi, Anno 1552. recusa Francofurti & alibi.

De bonis & malis Germaniæ, admonitio VVismariæ scripta, & Anno 1566. Francofurti excusa.

De Heroibus doctrina, Anno 1557. Regiomonte in Prussia.

LIBRI D. VVIGANDI EXEGETICI.

IN priora tria capita Geneseos, explicationes, traditæ in Academia Ienensi, Anno 1561.

In Matthæum Euangelistam Commentarius. 82.

In psalmos graduum, 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. Anno 1577. Regiomonti in Borussia.

In psalmos, 146. 147. Anno 1572. Argentinæ.

In psalmos, 90. & 91. Anno 1582. Francofurti.

In psalmos pœnitentiales, nempe sex. 32. 38. 51. 102. 130. 143. Item in psalmum 84. Anno 83. Francofurti.

Sophisticorum quorundam argumentorum Stephani Agricolæ, de necessitate bonorum operum ad salutem, confutatio, excusa Magdeburgi, Anno Domini 1553.

Errores D. Georgij Maioris ex libris ipsius, bona fide annotati, Vuismariæ, excusi Ratisbonæ, Anno Domini 1563.

Analysis & refutatio super quæstione de libero arbitrio, à D. Paulo Crellio diuulgata, Vuismariæ conscripta, Anno 1565.

Contra nouos Arrianos exortos in Polonia, Anno 1566. Vuismariæ.

Synopsis Antichristi Romani, Anno 1569. Ienæ ad Salam.

Colloquium Altenburgicum latinum, Anno 1569. Ienæ ad Salam.

Censura de iniqua Antilutheranorum Vuitebergensium exclusione, contra M. Conradum Schlüsselburgium vsurpata, Anno 68.

Quæstio & responsio de Lege: An renatis sit norma bonorum operum? Anno 1570. Ienæ in Academia Salana.

Catechismi Iesuuitarum seu Canisij confutatio, excusa Magdeburgi, Anno 155.

Collatio de tribus argumentis Antinomicis, Anno 70.

De Amnistia, Anno 1571. Ienæ.

Causæ cur in Cœna Domini, τὸ ῥητὸν sit retinendum, contra præstigias Caluinistarum, Anno 1571. Ienæ ad Salam.

De Turbatoribus omnium maximis, in mundo, liber, Anno 1571. Ienæ.

De monstris nouis & fecundis in doctrina de peccato, commonefactio, contra nouos Manichæos edita, Anno 1571. Ienæ.

Septem

Septem spectrorum Manichæorum recentium, discussio, Anno 1571. Ienæ.

Methodus de Cœna Domini & argumentorum, quæ veræ præsentiæ corporis & sanguinis Christi in Cœna Dominica opponuntur, enumeratio, atque solutio, excusa Magdeburgi Anno 1557.

Antithesis doctrinæ veræ & Papisticæ, excusa Magdeburgi, Anno 1557.

Rationes cur hæc propositio: Peccatum originis est corrupta natura, in controuersia, cum Manichæis recentioribus, nequeat consistere, Anno Domini 1572. Ienæ ad Salam.

Quæstio & responsio, de dicto Ioannis, Peccatum est ἀνομία, contra Manichæos, Anno Christi 1572. Ienæ.

Analysis Exegeseos Sacramentariæ sparsæ in sede D. Lutheri (à Peucero medico, Petzelio & Crucigero Apostatis, Anno 1574. Regiomonti in Prussia.

Grauissimæ causæ cur forma & norma Consistorij, edita à Principibus Saxoniæ in pluribus partibus approbari non possit, Anno Domini 1562.

Argumenta Sacramentariorum refutata per D. Lutherum, ex scriptis Lutheri, ad vsum Ecclesiæ Christi, bona fide collecta. Item Colloquium Marpurgense, tali modo, hactenus non impressum, Anno 1575. Regiomonti in Borussia.

De Seruetianismo, seu de Antitrinitarijs, Anno 1575. Regiomonti in Prussia.

De Substantia & viribus, & deprauationibus hominis, contra Manichæos, Anno Domini 1575. Ratisbonæ.

Nebulę Arrianę sparsę in Borussia, per quendam Raphaëlem Ritterum, luce veritatis diuinę discussę, Anno 1575. Regiomonte Prussię.

Contra

Contra Neministas & Neministica scripta, Regiomonte, Anno 1576.

Contra corruptelas Adiaphoristicas, prolixo scripto repetitas, atq; ornatas, Apologia edita cum Matthæo Iudice, excusa Magdeburgi, Anno Christi 1559.

De abstracto Theologico methodus, collatio de noua controuersia, Synodus Prutenica de hac re, causæ, cur locutiones istæ: humana Christi natura est in abstracto, omnipotens, viuifica, adoranda, sint scandalosæ, & per se falsæ, Anno Christi 1578. Regiomonte Prussiæ.

Quæ & quam sacrosancta iura D. Ioannes Stosselius violauerit, accusando Illyricum & Vuigandum coram politico magistratu, ob priuatam & Christianam ipsorum, erga se, admonitionem, Anno Domini 1562.

De fraudibus quorundam Sacramentariorum, Anno 1582. Vuitebergæ.

De Osiandrismo, integra explicatio, Anno 1586. per D. Vuigandum collecta, & publicata per M. Andream Coruinum Superintendentem Vuismariensem, cum præfatione ad optimum Principem, D. Vldaricum Ducem Megapolensem, Lipsiæ.

De Manichæismo, integra historia, Anno 86.

De Anabaptismo, integra historia, Anno 82.

De Sacramentariismo, Anno 1584. Lipsiæ (Huic Tractatui pag 399. 400. &c. adiuncta est M. Conradi Schlüsselburgij Ecclesiastæ Vuismariensis, de quibusdam controuersis Articulis Christianæ religionis, pia, & ab omnibus Augustanæ Confessioni Ecclesijs addictis, approbata Confessio, ob quam Schlüsselburgius, contra omne fas (vt index libri prænominati loquitur) ab Antilutheranis Vuitebergensibus, Peucero, Crucigero, Pezelio, & eorum Manipularibus Caluinistis, ex Vuitebergensi Academia, Anno Domini

mini 1567. exclusus est in perpetuum: Verùm Anno 1586. die, mensis Februarij 26. mirando Dei consilio, molitionibus & fraudibus Caluinistarum, coram Ecclesia Iesu Christi, superioribus temporibus, manifestatis, prior ille Sacramentariorum factiosorum iniustissima & plusquàm Tyrannica exclusio, de vnanimi consensu, & de communi Academiæ Vuitebergensis omnium Professorum, decreto, cassata & damnata est, Magistro Schlüsselburgio, solenniter & collegialiter (vt in testimonio, vniuersitatis sigillo maiore confirmato, Professores testantur) in integrum restituto, & nomine eiusdem denuò in matriculam membrorum Academiæ relato. Hanc restitutionem meam, in hoc loco, extrema & vrgentissima necessitate, coactus, repetere volui, ob quosdam modicæ conscientiæ socios, non sine causa, de Caluinismo, in testimonio meæ restitutionis, suspectos & accusatos, qui, omni fronte & pudore rustico exuti, mihi Vuismariæ, coram Senatu amplissimo, & venerando ministerio, imò etiam in aula Principum optimorum, exclusionem istam Vuitebergensium Caluinistarum, veluti infamiæ notam obiectare, non erubuerunt, &c.) VV. H. NB. S. Z.

De Stancarismo, integra explicatio, Anno 85. Lipsiæ.
De Maiorismo, integra historia.
De Synergismo, integra historia.
De Adiapherismo, integra historia.
De Schvvenckfeldismo, integra explicatio.

De Generatione Filij Dei, an cogitando generetur, liber, Anno 1587.

De Gloria mundana Filiorum Dei & carnis Christi, tractatus. Anno 1587.

De Vbiquitate seu omnipræsentia Dei in genere, in specie, in sua Ecclesia, &c. Anno Domini 1587.

L Tracta-

Tractatus de descensu Christi ad inferos, Anno Christi 1587.

De Primatu & Vicariatu Papæ Romani, liber, Anno Domini 1587.

De Castitate & cœlibatu, liber, Anno 87.

LIBRI HISTORICI D. VVIGANDI.

ECCLESIASTICAE historiæ, centuriæ tredecim, quas vnà cum alijs Synergis, Matthia Flacio Illyrico, Matthæo Iudice, Basilio Fabro, Andrea Coruino, & Thoma Holthutero, collegit, Basileæ impressæ, Anno 1559. & sequentibus.

Centuria 14.

Centuria 15.

Centuria 16. in aliquot Tomos distincta.

Narratio de historia Ecclesiastica, contra Vuitebergensium quorundam calumnias, Anno Domini 1559. Magdeburgi.

Supplicatorij libelli de Synodo. Vrsellis, Anno 61.

Historia de Augustana Confessione, Anno Domini 1574. Regiomonti in Borussia.

De illustribus viris Ecclesiæ Dei, liber, Anno 80.

Præfatio in Augustanam Confessionem, ex antiquissimo & fidedignissimo exemplari, recusam, Anno 1574. Regiomonti in Prussia.

Historia de Alce vera, Regiomonte, Anno 82.

Historia de Succino.

Historia de Sale.

Catalogus herbarum in Prussia nascentium.

ORA-

ORATIONES D. VVIGANDI.

ORatio de verbo Dei, Ienæ, Anno 1560.
Oratio contra Synergiam, Anno 1562. Ienæ.

Oratio de fine hominis, Ienæ, Anno 1571.

Oratio de Philosophia & Theologia, in Gymnasio Vuismariensi recitata, & Rostochij impressa, Anno 1563.

Causæ cur Catechismus D. Lutheri, in Scholis sit retinendus, & suppositititj fugiendi, Ienæ, Anno 1571.

Oratio de doctrina, & præcipuis certaminibus D. Lutheri, Anno 1571. Ienæ.

Oratio de Arca Noæ, Regiomonte in Prussia, Anno 1574.

Oratio de causis, cur ab Ecclesia Pontificia discessum sit, Regiomonti, Anno 74.

Oratio de dicto, 2. Paralip. 18. Aspexisti me in forma hominis, Regiomonte, Anno 75.

Quæstio & responsio de Iustitia, Ienæ, Anno 71.

Oratio continens summam doctrinæ Christianæ, in discessu ex Academia Regiomontana, ad Pomezaniensem Episcopum, Anno 1575.

Oratio ante promulgationem statutorum recitandorum, de dicto Salomonis: Vt auris audiat, &c. Anno 1575. Regiomonti in Prussia.

Quæstio & responsio de dicto Pauli, Colofs. 2. Videte, ne quis vos deprædetur per philosophiam, Anno 1575. Regiomonti in Prussia.

Epistola ad D. Seuerinum Göbelium, de amici insimulatione, Anno 1577. Regiomonte.

Oratio de necessitate & utilitate corporis doctrinæ Christianæ, Anno 1560. Ienæ.

PROPOSITIONES PVBLICE AD DISPVTANDVM A D. VVIGANDO propositæ.

DE Bonis operibus propositiones contra quasdam præstigias, in Gymnasio Vuismariensi, disputatæ. Anno 1568. Francofurti impressæ.

Theses de Pœnitentia, ibidem disputatæ.

De verbo Dei, Ienæ, Anno 1569.

De Deo, Ienæ, Anno 1569.

De Homine, Ienæ, Anno 1570.

De Creatione, Ienæ, Anno 1570.

De Angelis bonis & malis, Ienæ, Anno 70.

De Peccato, Ienæ, Anno 1570.

De Legibus diuinis, & de Euangelio, Ienæ, Anno 70.

De Bonis operibus, Ienæ, Anno 1571.

De Peccato originis, contra Manichæos, solennis disputatio, habita in Academia Ienensi, respondente M. Conrado Schlüsselburgio Saxone, Ienæ, Anno 72.

De Sacramentis in genere, Ienæ, Anno 72.

De Baptismo, Ienæ, Anno 1572.

De Ecclesia, in Academia Regiomontana, Anno 73.

De Cœna Domini, contra Caluinistas, solennis disputatio, habita in Academia Regiomontana Prussiæ, respondente M. Conrado Schlüsselburgio Saxone, Regiomonte, Anno 1575.

De Iesu Christo, Deo & Homine, Anno 75.

Propositiones de Cœna sacra, contra Papistas & Sacramentarios, numero 202. Anno 1566. Vuismariæ.

De propositione: Bona opera retinent salutem, libellus, nuncupatus clarissimo viro D. Ioachimo Vuestphalo Superintendenti Hamburgensi, fideli, & præclarè de Ecclesia Iesu Christi, publicis scriptis, merito, Ienæ, Anno 1571.

CATA-

CATALOGVS ALIORVM LIBRORVM D. VVIGANDI, QVOS ILLE SEORSIM, VARIIS TEMporibus, & in diuersis locis, Germanicè scripsit.

Lehre Bücher.



Ethodus doctrinæ oder Häuptartickel Christlicher Lehre / Teutsch / an vielen Orten getruckt.

Corpusculum doctrinæ Teutsch / in Preussen/ vnd Teutschland getruckt.

Das Teutsch Corpus doctrinæ An. 1561.

Confession, oder Bekandtniß reiner Lehre/ Anno 1582. zu Erffurdt getruckt.

(Diese Bekandtniß hat der Herr Wigandus seliger/ auff Anhalten vnd Begeren der Edlen / Gestrengen vnnd Ehrnvesten / Herrn Andreas von Meyendorff / vnd Herrn Joachim von Alvenschlenen / sonderlicher Patronen vnd Liebhabern der Euangelischen Warheit / vnnd aller getrewen eiuerigen Prediger/ Erbgesessen in dem Stifft Magdeburg/ ꝛc. gestellet/ vnd ist für vielen Jahren / von den fürnembsten Theologen in Teutschlandt/ so der Augspurgischen Confession zugethan/ angenommen vnnd vnterschrieben worden / sollen derhalben alle rechtgläubige Christen/ sonderlichen aber/ die Prediger/ dasselbe Buch/ in warer Gottes Forcht lesen/ weil darinnen/ alle streitige Religions puncten/ gar richtig/ einfältig vnd deutlich/ nach Gottes Wort erkläret / vnd dargegen allerley falsche Lehre vnd Irrthumb/ mit guten Gründen/ der Heyligen Schrifft widerleget werden.

Der Bäpstischen Kirchen fürnembste Irrthumme vnnd Abgöttereyen/auff gnädig begeren/ deß Edlen vnd Wolgebornen Herrn/H. Hans von Vngnaden geschrieben.

Artickel von der Kirchenordnung vnd Disciplin. Magdeburgk.

Vrsachen derselben Artickel/An.1554. Magdeburgk.

Von dem Straffampt der Prediger/ob vnd wie man Sünde straffen solle/An.1563. zu Vrsel getruckt.

(Diß Buch hat der H. Wigandus zur Wißmar gestellet/ vnd darumb trucken lassen/wie er selbst in der Vorred bekennet/ weil dieselbe Zeit / etliche Weltweise Leute / mit hoher List/ Geschwindigkeit vnnd Macht/ sich vnderstunden/ getrewen Lehrern/den Mundt zustopffen/dieselbigen zureformiren/meistern vnd lehren/wie sie bitten/ beten vnnd straffen solten / vnd soll diß Buch allen frommen Christen/vnd sonderlichen den getreuwen eifferigen Predigern lieb seyn/ daß sie dasselbe fleissig lesen / weil zu dieser Zeit / da das Keiserliche Bapstthumb / darzu denn viel Generalissen/ Leisentretter vnnd Heuchler weidlich helffen/ mit Gewalt in vollem schwange gehet/ viel anschenlicher Leute/ aus einem groben Bäurischen Vnverstande/sich auch vnderstehen/ den Predigern vorzuschreiben vnnd zu befehlen / wie sie es mit Straffen / mit Lehren/ mit Singen / vnd andern Ceremonien/ in der Kirchen machen sollen.)

Bekändtniß von der Rechtfertigung deß armen Sünders vor Gott/vnd von guten Wercken/Anno 1569.

Von der Erbsünde/Lehre auß Gottes Wort/vnnd D. Luthers Schrifften/ Anno 71. Jenæ.

Sterbkunst vnd von den letzten Tagen vnd Veränderung der Welt/Anno 1574. Königsberg in Preussen.

Corpus Veteris Testamenti, Teutsch/Anno 64.

Vrsachen / warumb der Glückstopff nicht zu gestatten/ zu Königsberg / Anno 80.

Trostschrifft an die Hertzogin zu Preussen/ Königsberg/ Anno 50.

Anweisung wie getreuwe Prediger/ mit dem Beichtkindern handeln/ vnd sie vnterrichten sollen/ Königsberg/ An. 51.

Form zu beichten/ vnd Christliche Fragstücke gebessert/ Königsberg/ Anno 51.

Ermahnung zur Busse vnnd Bekehrung zu Gotte/ Königsberg/ Anno 52.

Leichpredigten Wigandi.

Christliche Leichpredigt bey der Begräbniß deß Ehrwirdigen vnnd Hochgelehrten HERRN M. Erasmi Sarcerij, gewesenen Superintendenten zu Magdeburgk/ Anno 1559. den 30. Nouemb. daselbst gehalten/ vnd Anno 60. daselbst getruckt.

Leichpredigt vber dem Begräbniß/ Hertzog Hans Wilhelmen zu Sachsen/ welcher zu Weimar in Düringen/ An. 1573. Dominica Lætare, seliglich gestorben/ zu Regensburg getruckt.

Predigt vber dem Begräbniß Albrecht Friderich von Wernsdorff/ Königsberg/ Anno 1550.

Ein Christliche Predigt/ vber den zeitlichen tödtlichen Abgang/ Fürst Albrecht/ des II. Hertzogen in Preussen/ An. 50.

Geistreiche Trostschrifft/ an M. Conradi Schlüsselburgij Haußfrauwen/ An. 1579. Getruckt zu Rostock.

Streitbücher D. Wigandi.

Warnung für dem Catechismo D. Canisij, deß grossen Jesuwider/ darauß die Vngründe der Bäpstischen Lehre zu erkennen/ Anno 1559. Zu Magdeburgk.

Tafel oder Richtschnur/ jrrige Meynung in der Christlichen Kirchen/ recht zu vrtheilen/ An. 1558. Magdeburgk.

Von

Von der Beschüldigung D. Georgij Maioris, gegen die/ so jhme seine Werckfehre widerleget/ vnnd von seiner Bekandtniß oder Widerruffung/ Anno 55. Magdeburgk.

Von den Adiaphoristischen Verfälschungen/ im grossen Buch Actorum Synodicorum, Anno 1559. Jene in Thüringen.

Warnung von wegen einer Scharteeken Bilibalds Rambßbadt/ darein er viel Adiaphoristischer jrriger Lehre vnnd Lästerung außschüttet/ Anno 59. Magdeburgk.

Bekandtniß von der Entvrlaubniß der Theologen zu Jene/ Anno 1561.

Antwort auff den getruckten Zettel/ wider die Geister der Finsterniß/ Anno 1562.

Ein Brieff an etliche zu Bremen/ Ergerniß eines zugeschriebenen Buchs halber vmb zu wenden/ Joannes Wigandus/ vnd Mattheus Judex. Gedruckt zu Jene/ An. 1562.

(Diß Büchlein ist auß nachfolgenden Vrsachen getruckt worden: Es hatten D. VVigandus vnnd M. Matthæus Iudex das Teutsche Corpus doctrinæ lassen außgehen/ vnnd solches dem Raht vnd der Gemeine zu Bremen zugeschrieben/ eben zu der Zeit/ da man die Kirchen zu Bremen gereiniget/ vnd den beschwätzten/ vnverschämpten/ vnd hartnäckigen/ auffrührischen Sacramentschänder/ D. Albrecht Hardenberger hinauß gethan/ vnd die Kirche daselbst/ widerumb in einen seligen Friede vnd Ruhe gebracht hatt/ vnd haben die gemeldten Herrn Theologen gemeynet: Es solte nun in der Kirchen zu Bremen/ hinfürter/ Gottes reine/ vnnd vnverfälschtes Wort/ vngehindert/ gepflantzet werden/ wie die Vorrede desselben Buchs außweiset. Es währet aber nicht lange/ nach dem solch Buch gedruckt/ daß die Bremer/ die Sacramentirische/ Caluinische Lehre annemmen/ das Weltliche Regiment vberfallen/ vnd die jenigen/ so es mit der Schwärmerey nicht halten/ mit Gewalt/ vnd mit

hülff

hülff deß vnruhigen Pöffels vndertruckten / jhre eygene Priuilegien schwächen / reine getrewe Prediger verjagen / vnd andere Caluinische vnnd Adiaphoristische Wetterhanen eynsetzen / vnd also offentlich von Augspurgischem Bekändtnuß / vnnd D. Martini Lutheri Catechismo schändtlich vnnd schräcklich abfallen.

Da seynd nun viel eifferiger Christen gewesen / die sich an solchem zugeschriebenem Buche D. Wigandi vnd M. Iudicis, haben geärgert / vnd gedacht / gleich als hielten sie es mit den Bremern / in jrer bösen Sachen. Dardurch seynd Wigandus vnd Iudex gedrungen / eine Schrifft lassen in den öffentlichen Truck auß zu gehen / darinnen sie sich erklären / daß sie es nicht mit den Caluinisten halten / noch jhr auffrührisch Fürnemmen zu Bremen billigen. Zeigen auch an / daß sie zuvor / ehe dann die Bremer widerumb / von der Warheit abgefallen / jhnen das Buch hetten zugeschrieben / wie der Christliche Leser / mag ferner / in demselben Buche lesen. Man sihet aber hierauß / was für ein Christlicher Eiffer in dem Herrn Wigando vnnd M. Iudice gewesen / daß sie auch nicht haben wollen darzu stille schweigen / wenn falsche Lehrer / sich im allergeringsten / auff sie oder jhre Schrifften beruffen / als wann sie es mit falschen Lehrern hielten. Solcher eifferigen Lutherischen Theologen seynd jetzundt gar wenig in der Kirchen Gottes fürhanden.)

Ein Brieff an Herrn Nicolaus von Ambsdorff zur Wismar gestellet / Anno 1563.

Vom Ampt deß Gesetzes / kurtzer vnnd freundtlicher Bericht auff Ambsdorffs Sturmschrifft / Anno 1564. Wismar.

Ein Vorrede an den Christlichen Leser / von D. Maiors Fluch vnd Lästerung / Anno 64.

Ein Brieff an H. Hans Friedreich / den II. Hertzogen von Sachsen / von vnbillichen vnd vnerfindtlichen Aufflagungen / wider Simonem Musæum, D. M. Matthæum Iudicem, Mat-

M thiam

thiam Flacium Illyricum, vnd D. Ioannem VVigandum, Anno 1564. zur Wißmar gestellet.

Censur von der Dantzker Prediger Streit/von deß HErren Christi Abendtmal/zu Eißleben getruckt/Anno 1567. vnd zur Wißmar geschrieben.

An die Christen in Magdeburgk/Vnterricht vnd Ermahnung/zur Wißmar gestellet/Anno Domini 1564.

Eine Christliche Ermahnung vnd Warnung/an der Magdeburgischen Karrenführer Knechte vnnd Helffer/Anno 64. zur Wißmar gestellet/durch D. Ioannem VVigandum, vnd M. Matthæum Iudicem.

Bericht vnd Grundt/was von den beyden Zeugnüssen der Außführer/der Diener Gottes in Magdeburgk/zu halten sey/Anno 64. Zur Wißmar durch D. Ioannem VVigandum, vnd M. Matthæum Iudicem gestellet.

Erinnerung von der newen Busse/D. Georgen Maiors/in seiner Repetion fürbracht/Anno 1565. zur Wißmar gestellet.

Bedencken vnnd Erinnerung auff einen Vorschlag einer Conciliation in den streitigen Religions Sachen/Jenæ/Anno 1569.

Bericht von dem Colloquio zu Altenburg/Jenæ/An. 1570.

Vom Testament D. Maiors/Christliche vnnd in Gottes Wort gegründete Erinnerung/An. 1570. Jenæ.

Bekändtniß von den fünff streitigen Religions Artickeln/Anno 1570. Jenæ.

Warnung für dem vnreinen Sacramentirischen Catechismo/etlicher Calvinisten zu Wittenberg (als D. Peucers/D. Creutzigers/D. Pezels/D. Müllers/vnd D. Johan Maiors) Anno 71. Jenæ.

Von den Fallstricken etlicher newen Wittenbergischen Sacramentschänder/Anno 72. Jenæ.

Von dem Flickwerck Irenæi, vnd Widerlegung seiner Argument/

gument/daß die Erbsünde sey substantia, Anno Domini 1572.

Erinnerung von D. Cœlestini heimlich außgesprengten Büchlein/von dem Manichæismo, Anno 1572. Ienæ.

Von zweyen Irrthumben der Manicheer/daß der Teuffel sey ein Schöpffer deß Menschlichen Wesens. 2. Daß Gott ein Schöpffer der Sünden sey/zu Eißleben/Anno 73.

Christliche Erinnerung von der Bekändtniß etlicher heimischen verschlagenen Caluinisten/in Meissen/ vom Abendtmal deß HERRN Christi/Königeberg/An. 1574.

Ob die newen Wittenberger/stäts mit den alten Lutheranern/einig in der Lehre/seyn gewesen vnd geblieben.

(In dieser Schrifft/wirdt auß deß Herrn Philippi/eigenen Büchern/vnd mit seinen selbst eigenen deutlichen Worten bewiesen/vnd Augenscheinlich dargethan/daß er vnd seine Consorten/in den fürnembsten Artickeln der wahren Christlichen Religion seynd/von D. Luthers/seiner Lehre/schändtlich abgefallen/vnd haben sich zu den Caluinisten geschlagen. Dieses soll man fleissig mercken/wider etliche Philippisten/Generalisten vnd Heuchelprediger/die mit vnverschämpter Stirn/Philippum durchauß/in seinen Schrifften vnnd Irrthumben iustificiren/damit sie den Teuffel/vnnd die Caluinisten nicht erzörnen. Man kan auch hierauß leichtlich verstehen/was von dem newen Corpore doctrinæ, so der Wetterhane Maior/newlich auß Philippi Büchern zusammen geraspelt/vnd dem Concordien Buch zu wider lassen außgehen/zu halten/denn weil deß Herrn Philippi/seine letzten Schrifften/so nach D. Luthers Tode getruckt/in den fürnembsten Artickeln/falsch vnd vnrein seynd/vnnd gantz vnd gar mit D. Luthers Lehre streiten/so kan man ja die Warheit/auß Philippi Büchern nimmermehr studiren oder lernen.)

Censur von D. Ægidij Hunij Disputation/auff begeren/Landtgraffen Wilhelm in Hessen/gestellet/darinnen er D. Hu-

 nij Leh-

nij Lehre/auß Gottes Wort gemeß/gebilliget/vnnd seines Gegentheils Caluinische Meynung/nach Gottes Worte/verdampt hat.

Etlicher Widertäufferischer Schwärmereyen/ Widerlegung/Königsberg/Anno 1576.

Vrsachen/warumb man im heyligen Abendtmal fest vnd steiff auff den Worten Christi/Das ist mein Leib/etc. stehen soll/ Anno 71. Jenæ.

Vrsachen/warumb man D. Luthers Catechismum/in allen Christlichen Schulen vnnd Kirchen/fleissig behalten/vnnd trewlich treiben/vnnd hergegen/die verdächtigen vnd vnreinen Catechismos meyden vnd abschaffen soll. An. 1571. Jenæ.

Wider den blauwen Dunst eines newen Propheten. Anno 1575. Königsberg.

Vrsachen warumb diese Rede: die Menschliche Natur deß HERRN Christi/ ist für vnd an sich selbst/allmächtig/lebendigmachent/vnd anzubetten/ärgerlich vnd falsch sey. An. 1573. Königsberg.

Vrsachen/warumb Christliche Oberkeit vnnd Gemeine/ die Sacramentirische Lehre vnd Lehrer/nicht leiden sollen/ Anno 1583. Königsberg in Preussen.

Welche Religion die älteste sey vnter der Euangelischen vnd der Bäpstischen/Anno 1586. Königsberg in Preussen.

Ob man rechtlehrende vom Testament Christi vnnd Sacramentirer oder Caluinisten/auff einem Predigstul zugleich/ mit Gott vnd gutem Gewissen/ordnen vnnd haben könne oder nicht/wider die heimlichen tückischen Caluinisten/zu Dantzig/ als D. Peter Prætorius vnd seine Consorten/gestellet/Anno 1587. Königsberg in Preussen.

SEQVVNTVR IAM ARTICVLI CONCORDIÆ Ministerij Vuismariensis, autore D. Joanne Vuigando, item Testimonium eidem à ministerio datum, quorum in oratine suprà facta est mentio.

PIA

PIA CONIVNCTIO MINISTRORVM VERBI DEI, IN ECCLESIA VVISMARIENSI, 9. Octob. Anno Christi 1562.

ARTICVLVS I.

VERBVM DEI purè & incorruptè, iuxta Prophetarum & Apostolorum scripta, & Confessionem Augustanam, Anno 1530. Imperatori Carolo Quinto oblatam, & Arrticulos Schmalcaldicos, & in summa, iuxta doctrinam, diuinitus patefactam, per Reuerendum virum Dei Lutherum, piæ memoriæ, Deo aspirante, fideliter populo trademus.

II. Corruptelas doctrinæ cœlestis, veteres ac recentes, ex verbo Dei, fideliter refutabimus, vt moneantur auditores, ne prçstigijs & erroribus, temerè applaudant, imprimis verò, eas corruptelas refutabimus, quas Theologi, quarundam Saxonicarum Ecclesiarum, Luneburgi, Anno 1561. verbo Dei condemnârunt, iuxta editam formulam.

III. In moribus, totiusq; vitæ ratione, pietatem, sobrietatem, temperantiam & modestiam præstabimus, omniaq; agemus, Deo gubernante, ad ædificationem salutarem huius Ecclesiæ, ne simus vlli scandalo, quantum nos Deus adiuuat.

IIII. Ad congressus & colloquia, omnes veniemus, nisi quis aduersa valetudine impeditus fuerit. Aliàs quoq; vocati à Superintendente, exigente aliqua necessitate, promptè & libenter comparebimus.

V. Admonitiones mutuas patienter & fraternè admittemus.

VI. In colloquijs, debitam modestiam, & humanitatem vsurpabimus, & rationibus verbo Dei consentaneis, de rebus propositis agemus, eisq; promptè parebimus, omnem pertinaciam & maledicentiam in colloquijs fugiemus, & tacenda non temerè euulgabimus.

VII. Si quæ offensiones inter nos inciderint, quod ne fiat, Deum orabimus, & sedulò cauebimus, inter nos piè eas componemus, ne simus scandalo Ecclesiæ Dei.

VIII. Si quis audierit de alio quædam sibi narrari quæ alius, vel dixerit de se, vel aliàs fecerit, ea non statim in suggestum deferemus, sed priùs, eo vocato explorabimus, an res illa, ita se habeat, & si priuatim cum eo conuenire non poterimus, ad congressum nostrum vsitatum referemus, vt cæteri fratres piè rem transigant. Abstinebimus etiam aliàs à præcipitanti condemnatione alterius, priusquàm eum coràm audierimus.

IX. Si quid audierimus ab alio, pro concione dici, quod videtur reprehensione dignum esse, primùm, cum eo priuatim, semel atq; iterum conferemus. Deinde, si necessitas postulauerit ad colloquium vsitatum referemus.

X. In ijs, quæ ad ministerium pertinent, nos coniungemus, ne vel desertio, vel mutua distractio, salutari ædificationi obsit.

EPISTOLA VVIGANDI, AD ECCLESIÆ VVISMARIENSIS, VERBI *ministros, missa.*

REVERENDIS viris, pietate & doctrina præstantibus, DD. Magistris, Thomæ Holthutero, Henrico Mittendorpio, Ioanni Isensee, Henrico Rugio, Andreę Coruino & Henrico Culmanno, charissimis suis Synergis, in Ecclesia Vuismariana, & fratribus ac compatribus dilectissimis.

Sal-

Salus in Iesu Christo. Reuerendi viri fratres & compatres dilectissimi, cùm hactenus, Saxoniæ dux crebris rogationibus instaret, vt Megapolenses Duces, Domini mei clementissimi, hîc me relinquerent, ego, aliter facere non potui, quàm, quòd & Deo & Ducibus Megapolensibus rem totam permiserim: Clarè enim eis scripsi, si iuberent me reuerti, neq; censerent petitionibus Ducis Saxoniæ locum dandum, me rediturum esse. Significarunt itaq; nunc, sese clementer concedere, propter necessitatem huius Ecclesiæ, vt hîc maneam. Existimo igitur, Deum velle, vt hoc in loco, quantum ipse dederit, in communi Confessione subsistam, & eum precor, vt me suo sancto Spiritu gubernet, in veritate cœlesti dirigat, & sinat me esse vas & organon salutare. Cùm igitur Deus velit, vt nonnihil corpore seiungamur, primùm vobis omnibus ac singulis collegis, compatribus & fratribus carissimis, reuerenter ago gratias, quòd in communi gubernatione Ecclesiæ, dum apud vos fui, pijs cōsilijs & humanitatis officijs, me iuuistis, & vtilem concordiam fouistis, atq; in rebus iustis, eam declarastis pietatem, quę vos decuit, & Ecclesię fuit salutaris. Equidem, non sine dolore à vobis auellor, sed Deo parendum est, qui mirabiliter ducit Sanctos suos. Deinde verò, cùm in eadem maneamus Ecclesia, licèt interuallis locorum quibusdam, nonnihil separati simus, & in eodem officio, & in eadem doctrina & confessione versemur, ideo polliceor vobis perpetuam, Deo me sustentante, coniunctionē, studia & officia, quæ pio & bono viro digna sunt. Idem verò mihi etiam de vobis omnibus rursus polliceor. Imprimis autem vos hortor, vt eam piam, & laudabilem consensionem in rebus pietatis conseruetis & alatis. Dum enim vos eritis per Dei benedictionē concordes, vestra Ecclesia florebit, & minus nocebit Satan, quę verę Ecclesię perpetuas insidias struit. Ferte igitur vos inuicē, charissima Deo

pectora.

pectora & Domino nostro Iesu Christo coniunctis animis seruite, vt aliquãdo ab ipso magna præmia reporteris. Postremò, cùm sit vsitatum in eiusmodi casibus, veritatis testimonium non negligi, à vobis reuerenter & hoc officij peto, ne grauemini simul testimonium aliquod pro vestro omnium iudicio scribere, cui vestra chyrographa subijciatis, idq; meæ coniugi, vt mihi afferat, tradere. Erit & hoc μνημόσυνον vestræ erga me beneuolentiæ. Deum æternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oro, vt toti vestro ministerio, totiq; Ecclesiæ, in qua seruitis, vestris coniugibus & liberis copiosè benedicat. Amen. Rogo etiam vt me crebris literis compelletis, quibus Deo dante respondebo. Benè valete omnes & vestris honestissimis coniugibus, omnibusq; pijs salutem ex me nunciate. Ienę 21. Augusti 1570.

V. in Domino frater

Ioannes Vuigandus D.

TESTIMONIVM D. IOANNI VVIGANDO, A MINISTERIO VVISMARIENSI COMMVNICATVM.

INTER reliqua regnantis Christi, opera haud postremum est missio & donatio salutarium doctorum Ecclesiæ. Ipse enim ascendit in altum, & quosdam constituit Apostolos, quosdam Prophetas, quosdam Euangelistas, quosdam Pastores & Doctores, ad consummationem Sanctorum in opus Ministerij, in ædificationem corporis Christi. In eorum numero, vnum è præcipuis esse, hoc quidem seculo, clarissimum virum D. Doct. Ioannem Vuigandum, quo aliquandiu, in hac Vuismariensi Ecclesia, Superintendente vsi sumus, etiam sine nostro testimonio publicè notum est, Ecclesiæ Dei non solùm in Germania, sed exteris quoq; nationibus.

Vcætus

Vocatus est ad hanc Ecclesiam Anno salutiferi partus 1562. ab illustriss: Principibus, Ducibus Megapolensibus, cui vocationi, quia diuinam esse vidit, reluctari nequaquam voluit. Etsi enim antecessorum fortuna, vt M. Henningi Blokij, D. Smedenstedij, M. Ioannis Frideri, aliorumq;, quos nefanda Anabaptistarum & Sacramētariorum colluuies, variè excrucuerat, quod illi ignotum non erat, quodammodo ipsum absterrere poterat, maluit tamen voluntati diuinæ obtemperare, quàm propriam quietem & tranquillitatem, quæ carni & sanguini alioquin grata accidere solent sectari. Sic igitur voluntate diuina, ad clauum huius Ecclesiæ constitutus, cuncta quæ in bono gubernatore, quantum quidem in hac naturæ infirmitate homini conceditur, summa fide atq; diligentia in timore Domini studiosè egit. Incorruptā doctrinam cœlestem in omnibus doctrinæ Christianæ Articulis, ex fontibus Propheticis & Apostolicis, verè, perspicuè, methodicè, sanis verbis, non sine singulari suorum auditorum fructu proposuit. Voce legis peccata non tantùm in genere, sed etiam in specie, si publica, si notoria, si scandalosa essent, grauiter redarguit. Rursus agnoscentes sua delicta, & voce Legis territos, Euangelij promissione gratuita, in spem firmam sedulò erexit. Sacramenta, Baptismum & Cœnam, atq; claues, iuxta Filij Dei institutionem, administrauit, & ne sanctum canib[illegible]rer, margaritasq; porcis objiceret, primùm eos, quo[illegible]nfessionem non norat, antea diligenter in præcipui[illegible]næ Christianæ capitibus, solitus est examinare, antequam ad sacrosanctam Filij Dei Cœnam admitteret. Diligens & grauis custos disciplinæ Ecclesiasticæ extitit, vt eos qui in peccatis, vel contra primam vel secundam Decalogi tabulam obstinatè pergerent, à sacro Baptismi fonte, à communione arceret, donec peccata abjicerent. Quę enim Christi & Belial, quæ lucis & tenebrarum mutua communicatio?

Eos agentes pœnitentiam multis de causis publicè etiam Ecclesiæ reconciliari voluit. Et quia miserè multorum conscientias in initio sui ministerij, Sacramentariorum & Anabaptistarum præstigijs turbatas inuenit, sollicitus operam dedit, vt fundamentis ex verbo Dei petitis, ipsorum cordibus, errores eximeret, tùm publicè, tùm priuatim eos in viam reducendo. Nec inanē in ea re operam lusit, sed plurimos hoc pacto in viam reuocauit, qui id grata mente agnoscūt. Nouit sese tàm infirmis quàm obstinatis rectè accommodare, vt ita omnia omnibus fieret, exemplum D. Apostoli Pauli secutus.

Examen Catechismi singulis diebus Dominicis & Lunæ instituit, vt pueri puellæq; Catechismum Lutheri minorem recitarent, pro illis preces publicæ fierent, capita doctrinæ Christianæ exactè addiscerent, & quæ matutinis concionibus audiuerant, palàm in conspectu Ecclesiæ exponerent. Neq; solùm in ea re id spectauit, vt studium, & attentionem in tenera ætate excitaret, sed etiam vt vnà cum ætate simul pietatem & timorem Dei discerent: Simul etiam posteritatis rationem hoc modo habere voluit.

Corruptelas cœlestis doctrinæ passim nunc in Ecclesia Dei grassantes, voce sua cōfutauit, ne fortè sui auditores in libros istos, qui errores cōtinent, imprudenter incidentes, hoc pestifero veneno inficerentur. Quoties de rebus grauissimis habitæ sunt deliberationes, non autoritate dictatoria nobiscum egit, quemadmodum multis nunc mos est, qui ea quæ dicunt, tanquam diuina oracula, alios inferiores statim amplecti volunt, sed semper rationibus ex verbo Dei petitis, ea quæ sectanda videbantur communiuit, reijcienda verò damnauit. Collegarum voces & suffragia exquisiuit, vt hoc pacto, quæ in rem Ecclesiæ essent, communi fratrum voce decernerentur. Atq; hæc quidem de publica eius gubernatione magis delineare, quàm prolixa oratione explicare voluimus.

Nunc

Nunc porro ad priuata exercitia, quibus nostra studia non parum adiuta esse ingenuè fatemur, ne si de illis taceremus, ingratitudinis maculam nobis ipsis aspergere nostra sponte velle videremur. Nobis suis collegis, & alijs, eo tempore, quo coniuncti fuimus, tàm ex Veteri quàm Nouo Testamento, quædam scripta explicauit magna dexteritate. Imprimis in enarratione librorū S. sanctę Scripturę hæc spectauit, vt postquam auditores de consilio autoris & scopo admonuisset, cuiusq; libri, quem enarrandum susceperat. Deinde capitum etiam singulorum summam breui συνόψει intuendam proponeret, deinde, partes tum maiores, tùm minores cuiusq; indicaret, atq; in singulis etiam ordinem, deinceps vt phrasin scripturæ explicaret, ne hîc auditorū animi hærerent, deniq; vt applicationem seu locos doctrinales, in textu, contentos, accuratè ostenderet. Vtinam Psalterij explicationē, & Euangelistæ Matthæi, quæ ante discessum inchoauit ad finem vsq; ipsi pertexere, nobisq; audire licuisset. Methodicam explicationem doctrinæ communicationis Idiomatum, quæ publicè nunc extat, & à multis magno cum fructu nunc legitur, nobis primum proposuit. De coniugio explicationē quam fermè apud nos absoluit, vt continuet, eaq; & toti Ecclesiæ & nobis quoq; inseruiat, ipsum amanter precamur, vt exercitia disputationū & audiendarum declamationū, interdum etiam haberemus, nihil laboris prætermisit. Deniq; in externa vita typū & exemplar gregis sui in omni bono opere se ipsum præbuit. Grauitas mixta humanitate, comitate, mansuetudine, in eo tanta fuit, vt nō sine quadā εὐδοξίᾳ eius recordemur. Collegas paternè dilexit. Studium cōseruandæ piæ tranquillitatis & cōcordiæ inter fratres ardens in eo fuit, quæ res huic Ecclesiæ ex Anabaptistarum & Sacramentariorum luto, sub eius gubernatione, primùm eluctanti, non parum profuit. Hæc breuiter tanquam publici testimonij loco, clarissimo

viro Domino D. Vuigando, nos infra scripti dare voluimus, vt & gratitudinis nostræ, & amoris, quo ipsum prosequimur, aliquo saltem modo, erga ipsum & alios, testimonium deponeremus. Dolemus verò toto pectore, nos non solum corporibus ab eo disiunctos, sed etiam hanc Ecclesiam tanto gubernatore orbatam esse. Id enim nostra peccata & detestanda erga verbum Dei ingratitudo iam pridē promeruerunt. Oramus autem æternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, siquidem hæc eius voluntas est, cui reluctari nos minimè decet, vt peroptimum virum, in Schola Ienensi atq; Thuringia, cœlos plantet, vt per Spiritū spontaneum ipsi magnum animi robur ac constantiam addat, imposterum toto suæ vitæ tempore illustrem edendi confessionem, sicut hactenus magno cum fructu Ecclesiæ ab ipso factitatum est, vt omnes Diabolorum & impiorum machinationes atq; insidias, qui sine causa tantum Spiritus sancti organum oderunt, potenter redundat, inq; nihilum redigat. Deniq; vt nostri etiam misertus, eius loco, alium fidelem & prudentem gubernatorem, ex gratia, constituat, ipsum supplices precamur, ne Ecclesia, eius ministerio feliciter plantata, rursus miserè dissipetur. Vuismariæ 5. Decembris, Anno 1570.

Pastores & Ministri Ecclesiæ Vuismariensis.

M. Thomas Holthuter, pastor ad S. Nicolaum.
M. Henricus Mittendorpius, pastor ad S. Georgium.
M. Joannes Iceuse, pastor ad S. Spiritum.
M. Henricus Ragius, concionator ad S. Georgium.
M. Andreas Corninus, Ecclesiastes in templo Mariæ virginis.
Henricus Culmannus, verbi Minister in æde S. Nicolai.

GREGO-

GREGORII IVLII, S. VV.
PROPEMTICON
IN OBITVM PRAESTANTISS: ET CLARISS: THEOLOGI DN. IOHANNIS VVIGANDI,
Episcopi Pomezaniensis fideliss.

O CHRISTE *nostri pectoris incola* b — b. Ephes.
Te quæso, vtrum præstet mihi suggere;
Num mortuo lætis VVIGANDO,
An numeris querulis parentem?
Quis lachrymis quæso abstineat, memor
Qui nôrit, omnes semper in hæreses
Quanto tui feruore honorem
Nominis assereret, e fideq́;: — c.
Taliq́; functum munere mortuum — Tit. 1.
Nunc esse, cum vis hæresium omnium
Inundat, electi ut vel ipsi — d.
Naufragium facerent salutis? — Matt. 2.
Quis lachrymis quæso abstineat, memor
Qui nôrit, omnes quàm pueros, senes f — f.
Fideliter verbi perennis — 1. Cor. 5
Dogmata, & vtiliter g *doceret.* — g
Permulta vt horum millia, se quidem — 1. Cor. 1
Doctore, cœlum scandere fecerit? — 2. Cor. 1
At esto, cessantem VVIGANDVM, — Psal. 84
Fungier, vt doleas, vtroq;: — CHR. I

ELEGIA

IN OBITVM HONESTISSIMAE ET LAVDATISSIMÆ FOEMINÆ EVÆ DRESSERS, NATÆ

ex honesta familia DRESSERORVM Mansfeldensium, coniugis Reuerendi & clarissimi viri D. D. Ioannis VVigandi, Episcopi Pomezaniensis, quæ piè ac placidè, ἐν φιλομύλῃ Borussorum, 14. die Mensis Iulij, Anni M. D. LXXVII. circa horam sextam matutinam in Christo, obdormiuit.

Scripta ab
HENRICO SCHLVSSELBVRGIO
Schauvenburgensi Saxone.

IN ZOILVM.

SI *non esse voles mimus, sis Zoile momus*
Cum possis morsus, non inhibere tuos.

CONIVNX AD CONIVGEM.

QVID *coniunx luges? lachrymas quid voluis amaras,*
Coniugis aspiciens, pallida membra tuæ?
Os rosei vultus, roseum dum forte requiris,
Pallida membra vides, pallidulasq; genas.
O quam dulcis erat nostræ coniunctio vitæ,
Cor vnum in Christo, mens, amor vnus erat.
Mens fuit vna, Deo, semper seruire, supremo,
Eius & ex animo iussa verenda sequi.
Hinc assertor eras fidei tu semper auitæ
Quæ nos per Christum, ducit ad astra poli:

Hinc

Hinc Sycophantarum morsus perpessus iniquos,
In graue, cum Christo, pelleris exilium.
Ipsa manus socias adiunxi prompta labori,
Vt res, sic, nostræ, cresceret, aucta, domus:
Teq́; volente Deo, dilecta prole beaui,
Quæ fidum nostri, pignus amoris erit.
Iusta tibi coniunx est præbita causa doloris:
Iure quidem mœstus quod queriteris habes.
Sed tandem moderare tuum, te quæso, dolorem:
Quod sapiens voluit nunc Deus, id ne velis?
Ah mea ne lachrymis perfundas gaudia, portum,
Mens mea, iam portum, quo requiescat, habet.
In Christo vixi, morior, viuoq́; marite,
Viuit, qui Christi sanguine fisus obit.
Ossa sub hoc tumulo mea nunc in pace quiescent;
Spiritus ad cœli regna beata tenet:
Donec ego Christi post voce vocata resurgam,
Vltima cum summum finiet hora diem.
Vt capiam æternæ per Christi munera vitæ,
Cumq́; ipso æternæ tempora lucis agam.
Terra tremat turbata, ruant vel vertice montes
Fluctibus insanis, & fremat æstus aqua.
Styx etiam igniuomos, effundat naribus, æstus,
Ringatur liuor, sæuiat ira grauis.
Nil tamen ista moror, cælum mihi portus & aura,
Me Christi scutum, me clypeusq́; tegit.
EVAM *iam matrem videt* EVA *beata beatam*
Filia sic matri gaudet adesse suæ.
Sed quid teter homo me rodis dente canino?
Euenêre mihi, quæ placuêre Deo.
Quid male lætaris? quænam noua gaudia mente
Concipis ex fato, turba maligna, meo?

Te vicisse putas sinuosæ Syrmate caudæ,
Ex me quòd coniunx vulnera cordis habet?
At coniunx percare malis, rogo, cedere nolis,
Viuit, vt ipse vides, qui videt ista DEVS,
Quamuis lætetur, quòd te sors aspera tentat,
Qui luges obitum, care marite, meum.
Nil tamen efficiet niger, applaudensq́; caterua,
Quin modo quæ rident, mox eadem, doleant.
Me Deus eripuit medijs, tumidisq́; procellis
Et nunc in portu tuta salutis ago.
In portum hunc fidei rectum tu dirige clauum
Dum vitæ, restat portio parua, tuæ,
Tanta meam mentem iam gaudia totq́; pererrant,
Vis ea vt eloquij, nulla referre queat.
Quæ mihi purpureo sunt Christi sanguine parta,
Illi sit virtus, gloria, laus & honor.
Hæc eadem tibi deposuit Seruator IESVS,
Hæc eadem mecum, præmia percipies.
Cum tu, dante Deo, vitam transegeris ægram,
Atq; hoc mortali corpore liber eris.
Hæc præbent mœstæ solatia viuida menti,
His te sustenta, cætera Christus aget.
Et cessa, quantum potes, indulgere querelis,
Atq; vicem nimium flere, dolere tuam.
Ingruet illa dies subitò, qua gaudia mecum,
Quæ nequeas fragilis, cernere, percipies.
Munde vale, mundum Mundus non quærit habere,
Qui mundus mundo sanguine, Christe tuo est.

DISTICHON D. VVIGANDI.

In Christo vixi, morior, viuoq́; VVigandus.
Do sordes morti, cætera, Christe tibi.

ΕΠΙΚΗΔΕΙΟΝ ΕΠΟΣ ΚΥΡΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΟΥΙ-ΓΑΝΔΟΥ, ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΘΕΟΛΟΓΙΑΣ

διδασκάλου, καὶ τῆς ἐκκλησίας Πομεσανιέως ἐπισκόπου πιστοτάτου.

Πολλὰ μὲν ἐστι θεοῦ πανυπερτάτου ἀγλαὰ δῶρα
Ἐν κόσμῳ τούτῳ πάντοθι τερπινόῳ,
Οἷς χρῶνται πάντες μεγάλοιο θεοῖο ἕκητι
γηγενέες θνητοὶ εὖ τε καὶ ὠφελίμως.
Ἐστι δὲ συμπάντων δώρων θεοῦ ἔξοχ' ἄριστον,
εὐφρονέων κήρυξ θεσπεσίοιο λόγου,
ὃν προσένεγκε θεοῦ παῖς αὐτὸς ὁ χριστὸς Ἰησοῦς
ἐκ κόλπου πατρὸς, καὶ φανέρωσε βροτοῖς.
Τοιοῦτος κήρυξ κλυτὸς, ἠδὲ διδάσκαλος ἐσθλὸς
Οὐΐγανδος ἔην τοῖσι βροτοῖς μετέων.
Πάνσοφα ὀρθοτομεῖν ἐδυνήθη γράμματα κεῖνος,
ἠδ' ἑρμηνεύειν εὖ καὶ ἐπισταμένως.
μέχρι τέλους ζωῆς μένεν ἔμμονος ἠδὲ βέβαιος,
Οὐκ εἴκων κραυγῆς ἀντιπάλων ἀσεβῶν.
Τοὔνεκεν ἐξ ὀδυνῶν ἤδη ἐσαώθη ἁπασῶν,
ζῇ τε ἐν οὐλύμπῳ πάμμακαρ ἀιδίως,
ἠδ' ὀπὶ ἀκαμάτῳ κλείει γενετῆρα μέγιστον,
υἱέα τ' ἀίδιον, πνεῦμά τε καὶ ἅγιον.
ἔλλαχε νῦν αὐτὸς θεόθεν στεφάνου ἀμαράντου,
ὃς παρεσκευάσθη πᾶσ' ἁγίοισι βροτοῖς,
σοῦ δ' ἵνα μὴ ποθ' ἁμάρτωμεν φίλε σῶτερ Ἰησοῦ,
εὐμενέως ἡμῖν δὸς διὰ σαυτὸν, Ἀμήν.

Ἰωάννης ὁ Ποστέλιος.

ELEGIA

ELEGIA

DE OBITV REVERENDI ET CLARISSIMI VIRI DN. IOHANNIS VVIGANDI, DOCTORIS THEOLOGIAE CELEBERRIMI, ET EPISCOPI diocoeseos Pomezaniensis in Borussia vigilantissimi,

QVI FIDELITER VERBO DEI REXIT Ecclesiam Christi in Germania & Borussia amplius quadraginta annis, & Liebemölae in Borussia placidè in Christo obdormiuit, Anno CHRISTI *1587. Die* XXI. *Octobris.*

Scripta à

THOMA HARTMANNO, VERBI DEI IN Ecclesia VVismariensi ad S. Mariam Ministro.

1. Episc. Samb. Luth. Tom. 3 Latin fol. 75. Primi Euangelij in Borussis. Chytr. in supplem. Crantz j
1. Episco. Pomezan. Chytr. in suppl. Crantzij
2. Episc. Sambiensis.
2. Episc. Pomezaniensis.

MOESTA *Borussorum lachrymas Ecclesia fundit,*
MOLENTZ, quando vir Reuerendus obit.
Tristi deplorat BRISMANNI *funera luctu,*
Effundit lachrymas cum POLIANDER *obit.*
Innumeros gemitus & luctus anxia nutrit,
SPERATVM *quando mors inopina rapit.*
Singultus repetit, nec non suspiria ducit,
MÖRLINVM *quando mors truculenta necat.*
Nec largas oculis lachrymas emittere cessat,
Dum VENETVS *vitam finit in orbe suam.*

Luctum

Luctum sic semper testata est: quando tulerunt
Pluribus extremum fata suprema diem.
At nunc mœsta magis luctus alit atq; dolores,
E viuis celebris quando Vuigandus abit.
Comprimit inde manus, & pugnis pectora tundit,
Mœstaq; mœrenti carmina corde canit.
Hunc nec sola quidem, sed tota Ecclesia luget.
Et quacunq; potest parte dolere dolet.
Nam quantus vates fuerit, sub corde volutat,
Cui benè sunt tanti cognita dona viri.
Alter erat fateor verum dicendo, Lutherus,
Qui recta docuit Relligione Deum.
Ingenio præstans, pietate probus, grauis arte.
Fidus constanti mente Vuigandus erat.
Qui velut audiuit profitentem sæpe Lutherum.
Ac ipsum coluit pro pietate patrem:
Sic pia constanter defendit scripta Lutheri,
Vt vix huic habeant secula nostra parem.
Falsiloquos vicit verbi virtute Sophistas,
Tonsos & Caluos arguit hæreticos.
Nec poterant fucum fucis proponere fuci,
Quem non ingenio senserit ille pio.
Atq; illi Mansfelda fuit ceu patria sedes,
Quæ campum mannæ denotat atq; viri:
Sic pauit populos cœlesti semine mannæ,
Et campum Domini vir velut obtinuit.
Annos atq; quater decies, quibus additur vnus,
Curauit summi pastor ouile DEI.
Hinc mala sustinuit, passus conuitia multa,
Impia dum reprobat rectaq; sensa probat.
Est quoq; perpessus non parua pericula vitæ,
Quæ sine permissu nil valuêre DEI.

Emeritis merito dicuntur carmina laudis,
Heroës dignè carmina laudis habent:
Sic esset dignus maiori laude VVIGANDVS,
Qui benè de nobis omnibus est meritus.
Laudibus hunc multis sed non celebrare necesse est,
Copia scriptorum quem probat artificem.
*Ergo qui mentem, studium, Zelumq́. VV*IGANDI
Noscere letatur, scripta relicta legat.
In quibus integritas vitæ depicta refulget,
In speculo tanquam splendida forma nitet.
Quæ quoq; commendant non paruis laudibus hostes,
An non est tanto gloria magna viro?
*Felix qui potuit præsens audire VV*IGANDVM,
Felix cui cordi sunt pia scripta viri.
Fundamenta breui methodo proponit, & arte
Res magnas mira cum breuitate docet.
Me puto felicem, dum bis mihi quattuor annos
Hunc præceptorem terra Borussa dedit.
Carus erat multis, Christo sed carior, illum
Qui terris placido funere surripuit.
Vita quid est hominum pelagus nisi triste malorum?
Viuere quem cupimus, cogitur ille mori.
Et licet obtigerit nostro bona vita Vuigando,
In qua cum Sanctis gaudia mille capit:
Posteriora tamen repetent hunc secla frequenter,
Qui fuit in multis firma columna locis.
Actio spectauit Christum modò tota Vuigandi,
Quo sine nec viuit, quo sine nec moritur.
In Christo vixit, quemq́. est in agone professus,
Ex verbis scriptis vt patet ante necem.
Mortuus in Christo est, simul hoc ceu distichon
Quod tandem scripsit iam moriturus, habet:

In Christo vixi, viuo, moriorq́; Vuigandus,
Do sordes morti, cætera Christe tibi.
Ad laudem fortasse suam sat vixit, at in rem
Communem præceps vita breuisq́; fuit.
Sed breue curriculum vitæ pia scripta rependunt,
Omnia quæ solis sunt benè grata pijs.
Et licet ex terris noster rapiatur amicus,
Qui modò præ reliquis viuere dignus erat:
Is tamen ex nostro rapietur pectore nunquam,
Qui scriptis ornat secula nostra pijs.
Nomina ceu scriptis retinet diuina Lutherus:
Nomina sic scriptis viua Vuigandus habet.
Heu quantum perdit tellus Prutenica lumen,
Heu quantum perdit Teutonis ora virum.
Nec satis est, plures in binis perdimus annis
Doctrinæ claros dexteritate viros.
Chemnitius rapitur Brunsuigis, Porta relinquit
Islebios, celebris lumina Saxoniæ.
Schnepfius in Sueuis succumbit morte Tubingæ,
Atq; Ratisbonæ morte Rosinus obit.
Tristia Vinarios Kirchneri funera terrent,
Beckerus curis occidit exilij.
Eheu quàm miserè degustant dæmonis iram,
Quos hîc inculto carmine tango, viri.
Non tamen idcircò turbato pectore fracti
Iura viæ Domini deseruisse volunt.
Sed quæ sunt positi stant in statione fideles,
Officijs præsunt simplice corde suis.
Doctores falsos doctrinæ luce refutant
Tantùm constantes in pietate sua.
Mox calamo, mox voce simul per dogmata verbi
Defendunt sanctum religionis opus.

Ac post se libros & plurima scripta relinquunt,
Carpere quæ nemo cum pietate potest.
Molligradi contrà succedunt undiq; multi,
Qui miros fingunt calliditate dolos.
Qui quicquid credunt rarò profitentur apertè,
Et dubia semper Religione docent.
Qui miseros homines tanquam pro numine ponunt,
Cum solum videat spesq; fidesq; DEVM.
Qui certo leges consuetas ære relaxant,
Et turbant puras impietate scholas.
Iura, fides, pietas, candor contemnuntur ipsis,
Et scelerum tegmen cogitur esse Deus.
Mox Christi turbæ, Christi mox hostibus adstant
Tantùm constantes in leuitate sua.
Qui cerebris proprijs exponunt dogmata verbi,
Qualia carnis homo cum ratione capit.
Hos potius propero raperet mors funere, Christi
Ne fierent sancto vulnera plura gregi.
Vt stabiles igitur sunt maxima dona ministri:
Sic sunt instabiles maxima pœna DEI.
Nam plerumq; Deus de terris tollere sanctos,
Atq; malos mundo linquere sæpè solet.
Ergo dies venit, venit lachrymabile tempus,
In quo quòd ploret mens pia semper habet.
Est omen certum pœnæ signumq; futuræ,
Præclari subeunt cum sua fata viri.
Nam quoties homines rapiuntur funere sancti:
Sic toties tacitis pœna venit pedibus.
Non hoc exemplis est demonstrare necesse,
Cùm multi libri plurima suppeditent.
Sufficiat nobis exemplum: quando Lutherus
Est vita functus, quod meminisse decet.

Dixerat ille piè: me viuo prælia terræ
    Teutonis impediunt vota precesq; meæ.
Dixerat ille piè: post me mala secta resurgit,
    Quæ cathedrãm tentat commaculare Dei.
In sacris igitur veluti verissima dixit:
    Sic hic effecti protulit ille nihil.
Vix vbi surriperent sanctum pia fata Lutherum,
    Mox bellis premitur Teutonis ora malis.
Mox errore suo magno conamine turbat
    Caluini soboles templa scholasq; pias.
Ac velut è viuis rapuit Concordia vatem,
    Quo viuo constans pax erat atq; quies:
Sic mox defunctum sequitur Discordia passim,
    Ac est in multis consilijs turba locis.
Ergo dies venit, venit lacrymabile tempus,
    In quo quod ploret mens pia semper habet.
Quale tot Heroum portendant funera damnum
    Non emansurum, tempora nostra dabunt.
Sed quid in hoc miseræ faciemus turbine vitæ,
    Humani superest cùm nihil auxilij?
Ad te sancte Deus supplex conuersio fiat,
    Et fiant animo non dubitante preces.
Si tu, qui caput es, non vis tua linquere membra,
    Aut optata feres, aut meliora dabis.
Ergo tuo fias supplex Ecclesia Christo,
    Qui pia corda leuat, cordaq; falsa premit.
Atq; precare, pios protrudat vt vndiq; vates,
    Qui sæuos reprimant cum pietate lupos.
Tentantes, Papæ veteres renouare tenebras,
    Atq; venena nouis spargere Calua dolis.
Sic capies fidos Ecclesia sancta ministros,
    Qui tibi proponent dogmata sana Dei.

Et tibi monstrabunt Tonsorum somnia fratrum,
Quae fucis ornant calliditate nouis.
Et Physicos, Caluos conuincent lumine verbi,
Qui Physico Christum claudere more volunt.
At licet auxilij fiat cunctatio quaedam,
Vt Deus est tardus saepè sub exilio:
Sis tamen in Domino patiens, spe viuere disce,
Dulcius auxilium fit mora longa tibi.
Fac tua, quae tua sunt, rectè prudentia cura,
Et committe tuo cuncta futura DEO.
Fide parum, multumq; vide, quia fidere multum,
Atq; videre parum summa pericla tulit.
Si non vis falli, Physici fuge somnia Calui,
Somniat in somnis qui noua multa suis.
Mergeris interdum sed non submergeris unquam,
Qui seruis sanctae simplicitate DEO.
Viuit vbiq; tuus saluator Homoq; Deusq;,
Quos se verbis alligat ipse suis.
Nec sedet in caelis occlusus limine certo,
Vt Physicus Caluus somniat ipse sibi.
Hunc tibi praesentem semper reuerenter habeto:
Sic tibi consueto more leuabit opem.

Thomas Hartmannus.

EIVSDEM, AD HONESTVM AC PRVDENTEM VIRVM, D. HEINRICVM SCHRODERVM, GENERVM, ET PIVM Iuuenem, IOANNEM VVIGANDVM, filium D. IOANNIS VVIGANDI, piè in Christo defuncti, amicos suos.

EN SCHRÖDERE *gener, simul en tu nate* VVIGANDI
Carmina, queis Soceri fata patrisq; colo.
Sint indigna licet prælis vt subijciantur,
Quæ tenui scribo qualiacunq; stylo:
Illa tamen veniunt animo mihi credite fido,
Quo colo vos; vestrum quo coluiq; patrem.
Est aliquid prodire tenus, si non datur vltra,
Sic cano quæ valeo, non cano quæ nequeo.
Hoc præsens ergo Conamen vtriq; probetur,
Plus præstet celebri qui valet ingenio.

EPIGRAMMA D. NICOLAI SELNECCERI.

VIGANDI *cineres lugens Ecclesia deflet,*
Quos tamen in CHRISTI *scit recubare sinu.*
Iam pauci restant, καὶ ἀμαυρὸν λείψανον ἐσμέν:
Sed modò tu restes optime CHRISTE *sat est.*
Nicolaus Selneccerus D. Lipsiæ S.
29. Aprilis, Anno 1588.

MEMORIAE D. IOH. VVIGANDI.

AN *non Teutonicum Mors falcis acinace Cygnum*
Tam subitò nobis eripuisse sat est?

Nonne sat est dulcem felicis Aëdona Brettæ
Vnguibus (ah miserum) dilaniasse feris?
Carmina qui vario fundebant dulcia cantu
Interitum regni Papa cruente tui,
Hinc vbi Musarum domicilia Leucoris vrbem
Cæruleus volucri præterit Albis aqua.
Nec satis est rapido dudum rapuisse furore
Doctrina celebres & pietate viros?
Quin & VVigandus nuper fortissimus heros
Non potuit fraudis rete cauere tuæ.
Qui licet assiduo vitam in certamine duxit
Prælia cum rabido dum gerit atra Papa.
Semper & obtinuit palmam duxitq́; triumphum
Ingenij monstrant quod monumenta sui.
Ille tamen tibi succubuit mors improba, postquam
Lethifero rumpis saucia corda globo.
Heu tantum rapidæ mortis prohibeto furorem
Sæuiat in cœtum neu ita Christe tuum.
Tu Rex es regum, tu conditor orbis & Orci,
Tu pedibus mortem tu Satanamq́; premis.
Sanguineo nostram reparasti rore salutem
In cruce pro nobis hostia facta reis.
Sed quid opus verbis non euitabile fatum est
Cuncta suo siquidem mors fera iure rapit.
Pauperis ad casulam nunc, nunc ad splendida regis
Atria, mors æquo peruenit æqua pede.
Ergo rapte nigro mortis VVIGANDE furore
Salue, sancte senex namq; beatus eris.
Salue sancte senex, heros fortissime salue,
In te nil posthac mors fera iuris habet.
Tu nunc Elysiis factus nouus hospes in aruis
Aurea perpetui temporaveris agis.

Quem'q; fatebaris præsens dum vita manebat,
A facie Christum conspicis usq; λόγοι.
Abdita diuini tu nunc mysteria verbi
Viuis vbi in cœlis discere ritè potes
Dum tibi doctorem sit fas audire supremum,
Immixtus sancto sanctus & ipse gregi.
Salue sancte senex, Heros fortissime salue,
Officij merces te modo iusta manet.
Cœlestis siquidem, quæ non marcesset, honoris
Eximium cingit pulchra corona caput.
Has etiam exuuias, tibi quæ traduntur, amico
Excipe nunc TELLVS MATER *amica sinu.*
Da facilem membris tumulum, bene condita serua
Solvebet extremum donec ab axe diem.
Tunc (si vera fides Christo) sua membra requiret
Pars melior, cœli quæ modo tecta colit
Hos etiam volui lugubres ludere versus
Tristior in fatum chare Patrone tuum.
Ornâsti officijs equidem me mille, profectus
Ingenij summa dexteritate tui.
Me puerum quondam sacrum ad baptisma tulisti
Vt scelus innatum purgaret aqua.
Singula quid referam verbis, tu sponte volebas
Susceptor vitæ candidus esse meæ.
Ergo tuum meritò pater optime defleo funus
Ad tumulumq; cano nænia iure tuum.
Salue sancte senex, salue nouus incola cœli
Perfruere æthereis perpetuoq; bonis.

Ioachimus Middendorpius
VVismariensis.

FRANCOFORTI AD MOENVM, EXCVDEBAT IOANNES SPIES.



M. D. XCI.

